sunt vomitu sordium: ita ut non esset
vltra locus. Quē docebit scientiā: et
quē intelligere faciet auditū? Ablacta-
tus est a lacte: auulsus ab vberibus:
quia māda remāda-māda remāda:
expecta expecta-expecta expecta: mo-
dicum ibi-modicū ibi. In loquela enī
labij et lingua altera loquet ad popu-
lum istū: cui dixit. Hec requies refri-
gerate lassum: z hoc est mentum refrige-
rū: et noluerūt audire. Et erit eis ver-
bum dñi-manda remāda-manda re-
māda: expecta expecta-expecta expe-
cta: modicū ibi-modicum ibi: ut va-
dant z cadant retrorsum: et cōtrancur
et illaqueent et rapiant. Propter hoc
audite verbū dñi viri illusores: qui do-
minamini sup plm meū qui est in hie-
rusalē. Dixistis enim. Percussimus fe-
dus cū morte: et cum inferno fecimus
pactū. Flagellū inundās cū māsierit
nō venet sup nos: quia posuimus
mendacium spem nostrā: et mendacio
protecti sumus. Idcirco hec dicit dñs
deus. Ecce ego mittam in fundamētū
syon lapidē-lapidē probatū-angularē

pretiosum-in fundamēto fundatū. Qui
crediderit non festinet. Et ponā iudi-
cium in pondere: et iusticiā in mensura.
Et subuertet grando spem mendacij
et protectionē aque inundabunt: et de-
bitum fedus vestrū cum morte: z pactū
vestrū cū inferno non stabit. Flagellū
inundās cum transierit: eris ei i con-
culcationem. Quādocunq; pertransiet
tollet vos-quotiēs mane diluculo pe-
transibit in die et i nocte: z tantūmo-
do sola vexatio intellectū dabit audi-
tui. Coangustatum est enim stratum
ita ut alter decidat: et pallium breue
vtrunq; operire non potest. Siquidem
in monte diuisionū stabit dñs sicut i val-
le que est in gabaon irascetur: ut faci-
ant opus suū-alienū opus eius: ut o-
peretur opus suū-peregrinum est op
eius ab eo. Et nūc nolite illudere: ne
forte cōtinentur vincula vra. Con-
summationē enim et abbreuiationē
audiui a dño deo exercituū sup vniuer-
sam terram. Auribus percipite et audi-
te vocem meā: accendite et audite elo-
quiū meum. Nūquid tota die arabit
arans-ut seratur: pscindet et sarciet hu-
mum suā? Nonne cum adequauerit
faciem eius fenet gith: et cuminū sparge-
re: z nō ponet triticum p ordinem et
hordeum-et milū-et vicam in finibus
suis? Et erudiet illū in iudicio: deus
suus docebit illū. Non enim in tribus
triturabitur gith-nec rota plaustri su-
per cuminū circuibit: sed in virga tunde-
tur gith-et cuminū in baculo: panis
aūt cōminuetur. Vetū nō in perpetū tri-
turās triturabit illū: neq; vexabit eū
rota plaustri: nec i ungulis suis com-
minuet eum. Et hoc a dño deo exer-
cituū egressū est mirabile facere cōsilio z
magnificare iusticiā. Ve hariel-hariel

ciuitas quā expugnauit dauid. xxix
Addimus est annus ad annū: so-
lemnitates volueruntur: occidual
lado ariel-z erit mihi z incedo: z erit
mihi quasi ariel. Et circumdabo tibi
spiram in circuitu tuo-z iaciā cōtra te
aggerem: et munimēta ponā in obsi-
dionē tuā. Humiliabris-et ita loqueris:
et de humo audiet eloquium tuum.
Et erit tibi phitonis de terra vox tua: z
de humo eloquium tuū mutitabit. Et e-
rit sicut pulvis tenuis multitudo ve-
nientium tui: et sicut fauilla pertransiens
multitudo eorū qui conteret te p̄ualuerūt.
Iniq; repente consetim a domino ex-
ercituū visitabitur in tonitruo et com-
motione terre: et voce magna turbi-
nis et tempestatis et flāme ignis deuo-
rantis. Et erit sicut somnium visionis
nocturne-multitudo omniū gentiū q̄
dimicauerūt contra ariel: et omnes q̄
militauerūt et obsedērūt et p̄ualuerūt
aduersus eam. Et sicut somniat esuri-
ens et comedit-cum autē fuerit expergi-
factus vacua est anima eius: et sicut
somniat sitiens et bibit-z postq; fuerit
expergefactus lassus adhuc sitit-et a-
ma eius vacua est: sic erit multitudo
omniū gentiū q̄ dimicauerūt contra
montē syon. Obstupefacite et ēmirami-
ni-fluctuate z vacillate: inebriamini
et nō a vino: mouemini et nō ab ebri-
tate: quoniā misit vobis dominus
spiritum soporis. Claudet oculos ve-
stros: phetas et principes vōs qui
videtis visiones operiet. Et erit vobis
visio omnis sicut verba libri signati: quē
cū dederit sciēti litteras dicēt lege istū:
et respondebit non possum-signatus
est enim. Et dabitur liber nescienti lras
dicentq; ei lege: z respondebit-nescio
lras. Et dixit dñs-eo q̄ appropinquat
populus iste ore suo et labijs suis glo-
rificat me-cor autem eius longe est
a me-et timuerūt me mādato hominū
et doctrinis: ideo ecce ego addam ut
admirationē faciā ipso huic mirac u-
lo grandi z stupendo. Peribit enim sapi-
entia a sapientibus eius: et intellectus
prudentū eius abscondetur. Ve qui
profundi estis corde-ut a domino ab-
scondatis consilium: quoq; sunt in tene-
bris opera-et dicit quis vidit nos-et
quis nouit nos? Perversa est hec vra
cogitatio-quasi si lutū contra figulū
cogitet-et dicat opus factori suo-nō
fecisti me: et figmentum dicat factori
suo-non intelligis. Nonne adhuc i
modico et in breui conuertetur libanus
in chermel: z chermel in saltū reputabi-
tur? Et audient in die illa surdi verba
libri-et de tenebris et caligine oculi ce-
coq; videbūt. Et addent mites in dño
letitiam-z pauperes homines in san-
cto israhel exultabūt: quoniā defecit
qui p̄ualebat-cōsummatus est illusor
et succisi sunt omnes qui vigilabant
sup iniquitate: q̄a peccare faciebāt ho-
mines in verbo-et arguentem in por-
ta supplantabāt: et declinauerūt frustra
a iusto. Propter hec dicit dominus
ad domū iacob qui redemit abrahā.
Non modo confundetur iacob-nec
modo vultus eius erubescet: sed cū vi-
derit filios suos opera manuū meaq;
i medio sui sanctificātes nomē meū: z
sanctificabūt sanctum iacob-z dñ israel
p̄dicabūt: z stēt timētes spiritu nostrū
dicunt: z murmuratores discent legē. xxx
Ve filij desertores dicit dñs-ut fa-
ceretis cōsilium et non ex me: et ordi-
neminī telam et nō p spiritū meū-ut
addatur peccatis sup peccatū: qui am-
bulatis ut descendatis in egyptū-et os

meū nō iuncto gallis: fratres auxiliū
in fortitudine pharaon: et habebitis fi-
duciā in umbra egipti: et erit vobis
fortitudo pharaonis in cōfusionem:
et fiducia in umbra egipti in igno-
miam. Erant enim in thanis principes
tui: et nuncij tui usq; ad hanes pueruerunt.
Omnes confusi sunt super populo qui eis
prodesse non potuit. Non fuerit ei au-
xilium: et in aliquam utilitatem: sed
in confusionem et in opprobrium.
Onus iumentorum austri. In terra
tribulationis et angustie: leena et leo-
ne ex eis viperea: et regulus volans: por-
tantes super humeros iumentorum di-
vitias suas: et super gibbū camelorū the-
sauros suos: ad populum qui eis prodesse
nō potuit. Egiptus enim frustra et vane
auxiliabitur. Ideo clamaui super hoc:
superbia tantū est: quiesce. Nūc ingre-
diens scribe eis super buxū: et in libro dili-
genter exara illud: et erit in die nouissimo
in testimonium usq; in eternū. Po-
pulus enim ad iracundiā provocans
est: et filij mendaces: filij nolentes au-
dire legem dei: qui dicūt videntibus no-
lite videre: aspicientibus aspicere no-
bis ea que recta sunt. loquimini no-
bis placentia: videte nobis errores:
auferte a me viam: declinate a me se-
mitam: celet a facie nostra sanctus
israhel. Propterea hec dicit sanctus
israhel: pro eo q̄ reprobastis verbum
hoc: et sperastis in calumnia et tumul-
tu: et innixi estis super eo. Propterea
erit vobis iniquitas hec: sicut intere-
rupto casso: et repulsa in muro excel-
so: quoniā subito dū non speratur ve-
nit cōtritio eius: et cōmouebitur sicut
concutitur lagena figuli cōtritione pe-
nitus: et non inuenietur de fragmen-
tis eius testa: in qua poterit ignis tol-
lere de incendio: aut haurire parum aque
de fouea: quia hec dicit dominus deus
israhel. Si reuertemini et quietis:
salui eritis. In silentio et in spe erit fo-
rtitudo vestra: et noluistis et dixistis.
Nequaq̄: sed ad equos fugiemus: ideo
fugietis. Et super velocem ascendemus:
ideo velociores erunt qui persequent vos.
Mille homines a facie terroris unius
et a facie terroris quinq̄ fugietis: do-
nec relinquamini sicut malus navis in
vertice montis: et quasi signū super col-
lem. Propterea expectat dominus ut
misereatur vestri: et ideo exaltabit pe-
tens vobis: quia deus iudicij dūs: be-
ati omnes qui expectant eum. Popu-
lus enim syon habitabit in ierusalem:
plorans vtq̄q̄ plorabis: miserēs
misebitur tui. Ad vocem clamoris
tui statim ut audierit respondebit tibi:
et dabit vobis dominus panē arcū-
et aquā breue: et nō fabrica auolare ar-
ultra doctorem tuū: et erūt oculi tui vi-
dentes preceptorem tuū: et aures tue au-
dient verbū post tergū monentis. Hic
est via ambulate in ea: et nō declinetis
neq; ad dexteram neq; ad sinistrā. Et
cōtaminabis laminas sculptilis ar-
gēti tui: et vestimentū cōflatilis auri tui:
et disiecies ea sicut immundiā menstrua-
ta. Egredere: dices ei. Et dabit pluuia
semini tuo vbiunq; seminaueris in ter-
ra: et panis fructus terre erit vberior
et pinguis. Pascet in possessione tua
in die illo agnus spacios: et tauri tui et
pulli asinorum qui operant terrā cōmi-
xtum mundo comedent sicut in area
ventilati sūt. Et erit super omne mons
excelsum: et super omne collē eleuatum
riui aquarum aquarū: in die interfectio-
nis multorum: cum ceciderit turres. Et
erit lux lune sicut lux solis: et lux solis

erit septemplicata: sicut lux septem
dierū: in die qua alligauerit dominus
vulnus populi sui: et percussuram plagē e-
ius sanauerit. Ecce nomē domini ve-
nit de longinquo: ardens furor eius:
et grauis ad portandū. Labia eius rep-
lete sūt indignatione: et lingua eius ignis
deuorans. Spiritus eius velut
torrens inundans usq; ad medium col-
li: ad vertendas gentes in nichilum: et
frenū erroris qd erat in maxillis populorū.
Canticū erit vobis sicut vox sanctifi-
cate solemnitatis: et letitia cordis si-
cut qui pgit cū tibia: ut intret in montē
dei ad fortem israhel. Et audiū faci-
et dominus gloriam vocis sue: et re-
cordem brachij sui ostendet in commi-
natione furoris: et flammē ignis de-
uorantis: allidet in nubibus et in lapide
grandinis. A voce enim dūi pauebit
assur virga percussus: et erit transitus
virge fundatis quā requiescere faciet
dominus super eum: in tympanis et cy-
tharis et bellis pugnis egrediebatur
eos. Preparata est enim ab heri to-
phet a rege preparata: profunda et
dilatata. Stimulentum eius ignis: et
ligna multa: flatus domini sicut torre-
ns sulphuris succendens eā. xxxi
Vt qui descendūt in egiptū ad au-
xilium in equis sperantes: et ha-
bentes fiduciā super quadrigis qā mul-
te sūt: et super equitibus quia pualidi ni-
mis: et non sunt confisi super sanctum
israhel: et dominū nō requisierūt. Ipse
autem sapiens adduxit malū: et verba
sua non abstulit: et consurget contra
domū pessimorū: et cōtra auxiliū ope-
rantiū iniquitatē. Egiptus homo et
non deus: et equi eorū caro et nō spi-
ritus: et dūs inclinauit manū suam et
corruet auxiliator: et cadet cui prestat
auxiliū simulq; omnes cōsumentur:
quia hec dicit dominus ad me. Quo-
modo si rugiat leo et catulus leonis
super pdam suam: cū occurrerit ei multi-
tudo pastorū: a voce eorū nō formidabi-
t: et a multitudine eorū non pauebit:
sic descendet dūs exercituū ut pugnet
super montē syon: et super collem eius. Sic
ut aues volantes: sic protegit dominus
exercituū ierusalē: protegens et liberās
transiens et saluans. Convertimini
sicut in profundū recesserātis filij israhel.
In die enim illa abiicet vir ydola ar-
gēti sui: et ydola auri sui que fecerūt
vobis manus vestre in peccatū: et ca-
det assur in gladio non viri: et gladi-
us non hominis vorabit eū: et fugiet
non a facie gladij et iuuenes ei⁹ vecti-
gales erunt: et formidō eius a timore
transibit: et pauebit fugiens princi-
pes ei⁹. Dixit dūs: cui ē ignis in syon:
et caminus ei⁹ in ierusalē. xxxiii
Ecce in iustitia regnabit rex: et prin-
ceps in iudicio pereunt: et erit vir
sicut qui abscondit a vento: et celat
se a tempestate: sicut riui aquarum in
siti: et umbra petre pruinosa in terra de-
serta. Non caliginabūt oculi videntiū:
et aures audientiū diligenter auscul-
tabunt: et cor stultorū intelliget scientiā:
et lingua balborū velociter loquetur et
plane. Non vocabitur vltra ios q̄ impi-
us est princeps: neq; fraudulentus
appellabitur maior. Stultus enim fatua
loquet: et cor eius faciet iniquitatem:
ut faciat simulationē: et loquat ad
dūm fraudulenter: et vanū faciat ani-
mam esurientis: et potū sitiēti auferat.
Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse
enim cogitationes cōmentabit ad per-
dendos miseros in sermone mendacij: cū
loquetur pauper iudicium. Princeps

vero ea que digna sunt principi cogitabit: et ipse super duces stabit. Stultiores opulentur surgite: et audite vocem meam: filie cõfidentes percipite auribus eloquiũ meũ. Post dies ũ et annũ: vos cõtũtabimini cõfidentes. Consummata est enim vindemia: collectio ultra nõ veniet. Obstupescite opulentes: cõtũtabimini confidentes: exuite vos et cõfundamini: accingite lũbos vestros super vbera. Plangite super regione desiderabili: super vinea fertili. Super humũ populi mei spina et vepres ascendent: quãto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis? Domus enim dimissa est: multitudo vrbis relicta est: tenebre et palpatio facte sunt super spelunca vsq; in eternũ. Gaudiũ onagrorũ pascua gregũ: donec effundatur super nos spiritus de excelso. Et erit desertũ in carmel: et carmel in saltũ reputabitur: et habitabit in solitudine iudiciũ: et iustitia in carmel stabit. Et erit opus iustitie pax: et cultus iustitie silentiũ: et securitas vsq; in sempiternũ. Et sedebit populus meus in pulcitudine pacis: et in tabernaculis fiducie et in requie opulenta. Grãdo aũt in descensione saltus: et humilitabit humiliabit ciuitas. Beati qui seminatis super omnes aquas: immittentes pedes tuos et asini. XXXIII

Ve qui prãdaris: nõne et ipse prãdaberis? Et qui spernis: nõne et ipse spernetis? Cũ cõsummaueris depãdationẽ desinet prãdabitur: cũ fatigatus deliteris contaminet: contaminetis. Deus miserere nostri: te enim expectamus: esto brachiũ nostrũ in mane: et salus nra in tempore tribulationis. A voce ãgeli fugerũt populi: ab exaltatione tua diffusi sũt gentes. Et cõgregabũtur spolia vestra sicut colligitur bruchus: velut cũ fosse plene fuerint de eo. Magnificatus est dñs quoniã habitabit in excelso: implebit syon iudicio et iustitia: et erit fides in temporibus suis. Diuitie salus sapientia et scientia: timor dñi ipse thesaurus eius. Ecce videntes clamabũt foris: angeli pacis amare flebũt. Dissipate sunt vie: cessauit trãsitus p semitam: irritũ factũ est pactũ: spreti ciuitates: nõ reputauit homines. Luxit et elanguit terra: confusus est libanus et abscisus. Et factus est saron sicut desertum: et concussa est basan et carmelus. Nũc cõsurgam dicit dñs: nunc exaltabor et nunc sublimabor. Cõcipietis ardorem et parietis stipulam: spiritus vr ut ignis vorabit vos: et erũt pli quasi de incendio cinis: sicut cõgregate igni comburent. Audite qui longe estis q̃ fecerim: et agnoscite potentiam sortitudinẽ meã. Conterti sũt in syon peccatores: possedit timor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante: aut quis habitabit de vobis cum ardoribus sempiternis? Qui ambulat i iustitijs et loquitur veritatẽ: qui spernit auaritiã et calumnias: et excutit manus suas ab omni munere. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinẽ: et claudit oculos suos ne videat malum: iste in excelsis habitabit: munimẽta saxorũ sublimitas eius: panis ei datus ẽ: aque eius fideles sunt. Regem in decore suo videbit: oculi eius conuertẽt terrã de longe: cor tuũ meditabitur timorem. Vbi ẽ litteratus: vbi legis verba ponderãs: vbi doctor parulorũ? Populũ impudentem non videbis: populũ alti sermonis: ita ut non possis intelligere disertitudinem lingue eius: in quo nulla est sapientia. Respice syon ciuitatem

solemnitatis nostre: oculi tui videbũt hierusalẽ habitationẽ opulentam: tabernaculũ qd̃ nequaq̃ transferetur: nec auferentur clauui eius in sempiternũ: et omnes funiculi eius nõ rumpentur: quia solũmodo ibi magnificatus est dominus noster. Locus fluminum latissimi et patentes: nõ transibit per eum navis remigũ: neq; erit magna transgrediens eum. Dominus enim iudex noster: dñs legifer noster: dominus rex noster: ipse saluabit nos. Laxati sunt funiculi tui: sed non ualebit. Dit erit malus nauis ut dilatare signũ nõ queas. Tunc diuidentur spolia ꝑdãs multa: claudi diripient rapinam: nec dicet vicinus: elangui. Populus qui habitat in ea: auferetur ab eo iniquitas. XXXIIII

Accedite gentes et audite: et populi attendite: audiat terra et plenitudo eius: orbis et omne germen eius. Quia indignatio dñi super omnes gentes: et furor super uniuersam maliciam eorũ. Interfecit eos: et dedit eos in occisionem. Interfecti eorũ proiicientur: et de cadaueribus eorũ ascendet fetor. Tabescent montes a sanguine eorũ: et tabescet omnis militia celorũ: et complicabuntur sicut liber celi: et omnis militia eorũ defluet sicut defluit folium de vinea et de ficu: quoniã inebriatus est in celo gladius meus. Ecce super ydumeã descendet: et super populũ interfectionis meẽ ad iudiciũ. Gladius dñi repletus est sanguine: incrassat est adipe de sanguine agnorũ et hircorũ: de sanguine medullatorũ arietum. Victima enim dñi in bosra: et interfectio magna in terra edom: et descendent unicornes cũ eis: et tauri cum potentibus. Inebriabit terra eorũ sanguine: et humus eorũ adipe pinguiũ: quia dies vltionis dominium: annus retributionis iudicij syon. Et conuertentur torrentes eius in picem: et humus eius in sulphur. Et erit terra eius i picem ardentem nocte et die: nõ extinguetur in sempiternũ. Ascendet fumus eius a generatione in generationem: deserta erit in secula seculorũ. Nõ erit transiens p eam: et possidebit illã onocrotalus et ericius: et ibis et corvus habitabũt in ea. Et extendetur super eam mensura ut redigatur ad nihilũ: et perpendiculũ in desolationẽ. Nobiles eius nõ erũt ibi regem vocabũt: et omnes principes eius erũt in nihilũ. Et orietur in domibus eius spine et urtice: et pulnerus in munitionibus eius: et erit habitatio draconũ: et pascua struthionũ: occurrent demonia: onocentaurus et pilosus clamabit alter ad alterũ. Ibi cubauit lamia et inuenit sibi requiẽ: ibi habuit foueam eirinis: et enutriuit catulos: et circumdedit et fouit in umbra eorũ. Illuc congregati sunt milui: alter ad alterũ. Requirite diligenter in libro domini et legite: unũ ex eis nõ defuit: alter alterum nõ quesiuit: quia os ex ore meo precepit ille mãdauit: et spiritus eius ipse congregauit ea: et ipse misit eis sortem: et manus eius diuisit eam illis in mensuram. Vsq; in eternum possidebũt eam: in generatione et generationem habitabunt in ea. XXXV

Letabitur deserta et inuia: et exultabit solitudo: et florebit quasi lilium. Germinans germinabit: et exultabit letabũda et laudãs. Gloria libani data est ei: decor carmeli et saron. Ipsi videbunt gloriam domini: et decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite

pusillanimis: confortamini et nolite timere. Ecce deus vester ultionē adducet retributionis: deus ipse veniet et saluabit nos. Tūc aperientur oculi cecorū: et aures surdorū patebūt. Tunc saliet sicut cervus claudus: et aperta erit lingua mutorū: quia rupte sunt i deserto aque: et torrentes in solitudine: et q̄ erat arida in stagnū: et siticus in fontes aquarū. In cubilibus in quibus prius dracones habitabāt: orietur virror calami et iunci: et erit ibi semita: et via sancta vocabitur. Nō transibit p eā polluta: et hec erit vobis directa via ita ut stulti nō erant p eam. Nō erit ibi leo: et mala bestia nō ascendet p eā nec inuenietur ibi. Et ābulabunt qui liberati fuerint: et redempti a domino: et conuertētur et venient in syon cū laude: et letitia sempiterna super caput eorum. Gaudium et letitiam obtinebunt: et fugiet dolor et gemitus.

LXXVI

Et factum est i quartodecimo anno regis ezechie: ascendit in sennacherib rex assiriorū super omnes ciuitates iuda munitas: et cepit eas. Et misit rex assiriorū rabsaces de lachis in ierusalē: ad regem ezechiam i manu grauī: et stetit in aqueductu piscine superioris: in via agri fullonis. Et egressus est ad eū eliachim filius elchie qui erat super domū: et sobna scriba: et ioahe filius asaph a commentarijs. Et dixit ad eos rabsaces. Dicite ezechie. Hec dicit rex magnus assiriorū. Que est ista fiducia qua cōfidis: aut quo cōsilio vel fortitudine rebellare disponis? Huic quē habes fiduciā: quia recessisti a me? Ecce cōfidis sup baculū harundineū confractū istū sup egiptū: ut si innixus fuerit homo: intrabit in manū eius et perforabit eam: sic pharao rex egipti omnibus qui cōfidunt in eo. Nō si responderis michi: in domino deo nostro confidimus: nōne ipse est cuius abstulit ezechias excelsa et altaria et dixit iude et ierusalē coram altari isto adorabitis? Et nunc erade te domino meo regi assiriorū: et dabo tibi duo milia equorū: nec poteris ex te ponere ascensores eorū. Et quomodo sustinebis faciem iudicis vnius loci ex seruis domini mei minoribus? Nō tu confidis i egipto in quadriga: et in equitibus: et nūc nūquid sine domino ascendi ad terram istam: ut disperderem eam. Dōn dixit ad me. Ascende sup terram istam: et disperde eam. Et dixit eliachim: et sobna: et ioahe ad rabsacen. Loquere ad seruos tuos syra lingua intelligimus enim: ne loquaris ad nos iudaice in auribus populi q̄ est sup murū. Et dixit rabsaces. Numquid ad dōm tuū et ad te misit me dōs meus: ut loquerer omnia verba ista: et nō potius ad viros qui sedent in muro ut comedant stercora sua: et bibāt urinam pedū suorū vobiscum? Et stetit rabsaces: et clamauit voce magna iudaice et dixit. Audite verba regis magni regis assiriorū. Hec dicit rex. Non seducat vos ezechias: quia nō poterit eruere vos: et non vobis persuadeat fiduciā ezechias sup dōo dicens: eruens liberabit nos dōs: nō dabitur ciuitas ista in manu regis assiriorū. Nolite audire ezechiam: hec enim dicit rex assiriorū. Facite mecum benedictionem: et egredimini ad me: et comedite vnusquisq; vineā suā: et vnusquisq; ficum suā: et bibite vnusquisq; aquam cisterne sue: donec veniā et tollā vos ad terram que est ut terra vestra: terram frumenti et vini: terram panū et vineārū. Ne conturbet vos ezechias dicens:

dominus liberabit nos. Numquid liberauerūt dij gentū vnusquisq; terram suā de manu regis assiriorū? Vbi est deus emath et arfad? Vbi dei sepharuaim? Numquid liberauerunt samariam de manu mea? Quis ex omnibus dijs terrarū istarū qui eruerit terrā suā de manu mea: ut eruat dominus ierusalem de manu mea? Et siluerūt et nō responderūt ei verbū. Mandauerat enim rex dicens: ne respōdeatis ei. Et ingressus est eliachim filius elchie qui erat sup domū: et sobna scriba: et ioahe filius asaph a commentarijs ad ezechiam scissis vestibus: et nunciauerunt ei verba rabsacis.

LXXVII

Et factum est cum audisset rex ezechias scidit vestimēta sua: et obuolutus est sacco: et intrauit in domū domini. Et misit eliachim qui erat super domū: et sobnā scribā: et senores de sacerdotibus opertos sacis: ad ysaiā filiū amos profetā: et dixerūt ad eum. Hec dicit rex ezechias. Dies tribulationis et correptionis: et blasphemie dies hec: quia venerunt filij usq; ad partum: et virtus nō est pariēdi. Si quomodo audiat dōs deus tuus verba rabsacis: quē misit rex assiriorū dōs suus ad blasphemandū deū viuentis: et reprobrandū sermonibus quos audiuit dominus deus tuus. Leua ergo orationē pro reliquijs que reperte sunt. Et venerūt serui regis ezechie ad ysaiam: et dixit ad eos ysaias. Hec dicetis domino vestro. Hec dicit dōs. Ne timeas a facie verborū q̄ audisti: quibus blasphemauerūt pueri regis assiriorum me. Ecce ego dabo ei spiritum: et audiet nuntiū: et reuertetur ad terram suam: et corruere eum faciam gladio in terra sua. Reuersus est autē rabsaces: et inuenit regem assiriorū prelianteū aduersus lobna. Audierat enim quia profectus esset de lachis: et audiuit de taracha rege ethiopie dicēte: egressus est ut pugnet contra te. Quod cū audisset: misit nuncios ad ezechiam dicens. Hec dicetis ezechie regi iude loquentes. Non te decipiat deus tuus i quo tu confidis dicens: nō dabitur ierusalem in manu regis assiriorū. Ecce tu nosti omnia que fecerūt reges assiriorū oīibus terris quas subuertērūt: et tu poteris liberari? Numquid eruerūt eos dij gentium: quos subuertērūt patres mei: gozan et haran et reseph et filios eden qui erant in thalassar? Vbi est rex emath et rex arfad et rex vrbis sepharuaim: ana et aua? Et tulit ezechias libros de manu nūciorū et legit eos: et ascendit i domū domini: et expandit eos coram domino. Et orauit ezechias ad dōm dicēs. Dōe exercituū deus israhel qui sedes sup cherubin: tu es deus solus omnium regnorū terre: tu fecisti celū et terram: inclina domine aurem tuā et audi: aperi oculos tuos et vide: et audi oīia verba sennacherib que misit ad blasphemandum deum viuentem. Vere enim dōe desertas fecerunt reges assiriorū terras et regiones earum: et dederunt deos earū igni: non enim erant dij sed opera manuū hominum: ligni et lapis: et comminuerunt eos. Et nūc domine deus noster salua nos de manu eius: et cognoscant oīia regna terre: quia tu es dominus deus solus. Et misit ysaias filij amos ad ezechiam dicens. Hec dicit dōs deus israel. Pro quibus rogasti me de sennacherib rege assiriorū: hoc est verbū q̄ locutus est dōs sup eum. Despexit te et subsannauit te virgo filia syon: post

re raput mouit filia ierusalē. Cui exprobrasti-et quē blasphemasti:et sup
quem exaltasti vocem-z leuasti altitudinem oculoz tuoz? Ad sanctum israhel. In manu seruoz tuoz exprobrasti dño-z dixisti. In multitudine quadrigaz meaz ego ascendi altitudinē
montiū-iuga libani:et succidā excelsa
cedroz eius-et electas abietes illius:z
introibo altitudinē summitatis eius-saltū carmeli eius: ego fodi et bibi aquam: et exsicaui vestigio pedis mei
omnes riuos aggeq. Numquid non
audisti que olim fecim eis? Ex diebus
antiquis ego plasmaui illud-et nūc
adduxi: et factum est in eradicationē
collū compugnantiū-z ciuitatū munitaz. Habitatores eaz breuiata manu
contremuerūt-et cōfusi sunt: facti sūt
sicut fenū agri-z gramē pascue:z herba
cedroz que exaruit antequ maturescere.
Habitationem tuā z egressum tuū-et
introitū tuū cognoui: et insania tuā
contra me. Cū furores aduersum me-superbia tua ascendit in aures meas.
Ponā ergo circulū in auribus tuis-z
frenū in labijs tuis:et reducā te in via
y quā venisti. Tibi aūt hoc erit signū.
Comede hoc āno que spōte nascuntur:
et in anno secundo pomis vescere. In
anno aūt tertio seminate et metite: et
plātate vineas-z comedite fructū eaz:
et mittet id qd saluatū fuerit de domo
iuda-et qd reliquū est radicem deorsū
et facient fructū sursum: quia de ierusalem egibūt reliquie-et saluatū de monte syon. Zel? dñi exercituū faciet istud.
Propterea hec dicit dño de rege assiriorum. Non introibit ciuitatem istam
et non iaciet ibi sagitā-et nō occupabit eā clipeus:et nō mittet i circuitu eī
aggerē. In via qua venit y eā reuertet.
et ciuitatem hanc non ingredietur dicit dño. Et tegam ciuitatem istam z
saluē eā: propter me et propter dauid seruū
meum. Egressus est aūt angelus dñi
et percussit in castris assiriorū centūoctoginta quinq; milia. Et surrexerūt mane: z ecce omnes cadauera mortuorū.
Et egressus est et abijt-et egressus est
sennacherib rex assiriorū: et habitauit
in niniue. Et factū est cum adoraret
in templo nesrach deū suū ad ramelech
z saralar-filie eī percusserūt eū gladio:
fugerūq; i terrā ararath: et regnauit
assaraddon filius eī? p eo. xxxviij

In diebus illis egrotauit ezechias usq;
ad mortē: et introuit ad eum ysaias
filius amos ꝓpheta-et dixit ei. Hec dicit dño. Disponе domui tue: quia morieris tu et nō viues. Et conuertit ezechias faciem suā ad parietem: z orauit
ad dñm: z dixit. Obsecro dñe-memento quesso quomō ambulauerim coram
te in veritate z in corde pfecto: z qd bonum est i oculis tuis fecerim. Et fleuit
ezechias fletu magno. Et factū est verbum dñi ad ysaiam dicens. Vade z
dic ezechie. Hec dicit dño deus dauid
patris tui. Audiui orationē tuam:et
vidi lacrimā tuā. Ecce ego adiciā sup
dies tuos quindecim āños: z de manu regis assiriorū eruam te-z ciuitatē
istam: z tegam eam. Hoc aūt tibi erit signū a domino-quia faciet dñs
verbū hoc qd locutus est. Ecce ego reuerti faciam umbrā linearū y ēs descendерat in horologio achas-in sole retrorsum decem lineis. Et reuersus est sol
decē lineis y gradus ēs descendерat.
Scripsit ezechie regis iuda cū egrotasset-z cōualuisset de infirmitate sua.
Ego dixi in dimidio dierū meorum-vadā ad portas inferi:quesiui residuū

annorū meoz. Dixi nō videbo dñm
dñi in terra viuentiū:non aspiciā hominem vltra-z habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est z cōuoluta
est a me-quasi tabernaculū pastorum.
Precisa ē velut a textore vita mea dū
adhuc ordiror: succidit me. De mane
usq; ad vsperā finies me:speraū usq;
ad mane. Quasi leo sic cōtriuit omnia
ossa mea. De mane usq; ad vsperā finies me. Sicut pullus hirundinis sic
clamabo:meditabor ut columba. Fecerunt
oculi mei:suspicientes in excelsum. Domine vim patior:responde ꝑ
me. Quid dicam:aut quid responsurus
michi cum ipse fecerit? Recogitabo omnes annos meos in amaritudine
anime mee. Domine si sic viuitur et
in talibus vita spiritus mei-corripies
me z viuificabis me:ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autem eruisti animā meam ut nō perderet: proiecisti post tergū tuum omnia peccata mea:
quia nō inferus confitebit tibi-neq;
mors laudabit te:non expectabūt qui
descendunt in lacum veritatem tuam.
Viuens viuens ipse confitebitur tibi
sicut et ego hodie: pater filijs notam
facet veritatem tuā. Dominie saluum
me fac:et psalmos nostros cātabimꝰ
cunctis diebus vite nostre i domo domini. Et iussit ysaias ut colleret mallam de ficis-z cataplasmaret super
vulnus et sanaretur. Et dixit ezechias. Quod erit signum quia ascendā
in domo domini? xxxix

In tempore illo misit merodach baladan
filius baladan rex babilonis libros z
munera ad ezechiam. Audierat enim
y egrotasset z cōualuisset. Letatus
est aūt super eos ezechias:et ostendit eis
cellam aromatū et argentū et auri et

aromatū et unguentū optimū et omnes apotheas supellectilis sue et
universa q inuenta sunt in thesauris eī. Non fuit verbū qd nō ostenderet
eis ezechias in domo sua:et in omni
potestate sua. Introiuit autem ysaias
prophera ad ezechiam regem et dixit
ei. Quid dixerūt viri istī:z unde venerūt ad te? Et dixit ezechias. De terra longinqua venerūt ad me: de babilone.
Et dixit. Quid viderūt in domo tua?
Et dixit ezechias. Omnia q in domo
mea fuit viderūt. Nō fuit res quā non
ostenderim eis in thesauris meis. Et
dixit ysaias ad ezechiam. Audi verbū
dñi exercituū. Ecce dies veniunt:et auferentur-omnia que in domo tua sunt
et que thesaurizauerūt patres tui usq;
ad diem hanc in babilonē. Non relinquetur quicq; dicit dñs. Et de filijs tuis q egibūt de te q̃s genueris tollet: et
erit eunuchi i palatio regis babilonis.
Et dixit ezechias ad ysaiam. Bonū
verbū dñi qd locuꝰ est. Et dixit. Fiat
tamē pax z veritas i diebus meis. xl.

Consolamini consolamini ipse
meus: dicit deus vester. Loquimini ad cor ierusalē et aduocate eā:
quoniā completa est malicia eius: dimissa est iniquitas illius. Suscepit de
manu dñi duplicia pro omnibus peccatis suis. Vox clamātis in deserto.
Parate viā dñi: rectas facite i solitudine semitas dei nri. Omnis vallis exaltabit? et omnis mōs et collis humiliabitur: et erit prauа in directa: et aspera i vias planas. Et revelabitur gloria dñi:et videbit omnis caro pariter
qd os domini locutū est. Vox dicentis. Clama. Et dixi. Quid clamabo?
Omnis caro fenū:et omnis gloria eius quasi flos agri. Exsiccatū ē fenū

et reddit flos: quia spiritus dñi suffla-
uit in eo. Vere fenū est populus. Exsic-
catum est fenū et cecidit flos: verbū autē
dominī stabit in eternū. Super mōtem
excelsum ascende tu qui euangelizas
syon: exalta in fortitudine vocem tuā
qui euangelizas ierusalē. Exalta: no-
li timere. Dic ciuitatibus iude: ecce de-
us vester. Ecce dñs deus in fortitudi-
ne veniet: et brachiū eius dominabit.
Ecce mercedes eius cum eo: et opus illius
coram illo. Sicut pastor gregem suum
pascet: in brachio suo congregabit a-
gnos: et in sinu suo leuabit: fetas ipse
portabit. Quis mensus est pugillo a-
quas: et celos palmo ponderauit?
Quis apprehdit tres digitis molem
terre: et librauit in pondere montes et
colles in statera? Quis adiuuit spiri-
tum dñi: aut quis consiliarius eius fuit
et ostendit illi? Cum quo iniit consili-
um: et instruxit eum: et docuit eū semitā
iustitie: et erudiuit eum scientia: et viā
prudētie ostendit illi? Ecce gentes sicut
stilla situle: et quasi momentū statere
reputate sunt. Ecce insule sicut puluis
exiguus: et libanus non sufficiet ad
succendendū: et animalia eius non suffi-
cient ad holocaustū. Omnes gentes sicut
nō sunt sic sunt coram eo: et quasi nichi-
lum et inane reputate sunt ei. Cui igitē
similē fecistis deum: aut quā ymagi-
nem ponetis ei? Numquid sculpile con-
flauit faber: aut aurifex auro figura-
uit illud: et lamnis argenteis argita-
ruit? Forte lignū et imputribile elegit
artifex sapiens: quere quo mō statu-
at simulacrū qd nō moueatur. Num-
quid non scitis? Numquid nō audi-
stis? Numquid nō annunciatū est vobis
ab initio? Numquid nō intelexistis
fundamenta terre? Qui sedet super girū
terre: et habitatores eius sunt quasi lo-
uste. Qui extendit velut nichilū celos:
et expandit eos sicut tabernaculū ad
inhabitandū. Qui dat sceptra mōta-
torum quasi non sint: iudices terre ve-
lut inane fecit. Et quidē neq; plantas
neq; sanis neq; radicatis in terra mun-
tus eos. Exposuit flauit in eos et arue-
runt: et turbo quasi stipulam auferet
eos. Et cui assimulastis me: et adequa-
stis dicit sanctus? Leuate in excelsum
oculos vestros: et videte quis creauit
hec. Qui educit in numero militiam
eorū: et omnes eis nomine vocat. Pre
multitudine fortitudinis et roboris
virtutisq; eius: neq; unum reliquum
fuit. Quare dicis iacob et loqris israhel
abscondita est via mea a domino:
et a deo meo iudicium meum transiuit?
Numquid nescis? aut non audisti?
Deus sempiternus dñs: qui creauit ter-
minos terre: et non deficet neq; labo-
rabit: nec est inuestigatio sapiencie e-
ius. Qui dat lasso virtutem: et his q
nō sūt: fortitudinē et robur multiplicat.
Deficiēt pueri et laborabūt: et iuuenes
in infirmitate cadēt. Qui aūt sperant
i dño mutabūt fortitudinē: assument
pēnas sicut aquile: current et nō labora-
bunt: ambulabūt et nō deficiēt. Ca. xli

Tacete ad me insule: et gentes
mutent fortitudinem. Accedāt
et tūc loquantur: simul ad iudicium
propinquemus. Quis suscitauit ab ori-
ente iustum: vocauit eum ut sequatur
se? Dabit i cōspectu eius gentes: et reges
obiuiabit. Dabit eis pulueri gladio
eius: sicut stipulā vento rapiam arcui
eius. Persequēt eos: trānsibit i pace: semi-
ta in pedibus eius nō apparebit. Quis fe-
cit et fecit: vocās generationes
ab exordio? Ego dominus: primus et

nouissimus ego sū. Viderūt insule et
timuerūt: extremia terre obstupuerunt
appropiquauerūt: et accesserūt. Vnus
quisq; proximo suo auxiliabitur: et fratri
suo dicet confortare. Cōfortabit faber
ferarius fundentem malleo eū qui cude-
bat tūc temporis dicens: glutino bo-
num est: et confortabit eum clauis ne
moueatur. Et tu israhel seruus meus:
iacob quē elegi: semen abraham amici
mei: in quo apprehendi te. Ab extre-
mis terre: et a longinquis eius vocaui
te: et dixi tibi. Seruus meus es tu: elegi
te et non abieci te. Ne timeas quia te-
cum ego sum: ne declines: quia ego
deus tuus. Confortaui te et auxilia-
tus sum tibi: et suscepit te dextera iusti-
mei. Ecce confundentur et erubescent
omnes qui pugnāt aduersū te. Erūt
quasi non sint: et peribūt viri qui con-
tradicunt tibi. Quaeres eos et nō inue-
nies viros rebelles tuos: et erunt ēti
non sint et velut cōsumptio hominis
bellantis aduersum te: quia ego dñs
deus tuus apprehendens manū tuā
dicens tibi. Ne timeas: ego adiuui
te. Noli timere vermis iacob: qui mor-
tui estis ex israhel. Ego auxilias tui
dicit dominus: et redemptor tuus
sanctus israhel. Ecce posui te ēti plan-
trum triturans nouū: habens rostra
ferrata. Et triturabis mōtes et con-
minues: et colles quasi puluerē pones.
Ventilabis eos et ventus tollet: et tu-
bo dispergēt eos: et tu exultabis i domi-
no: in sancto israhel lētaberis. Egeni
et pauperes querūt aquas et non sūt:
lingua eorū siti aruit. Ego dominus
exaudiā eos: deus israhel: nō deseqn-
quam eos. Aperiā in supiuis collibus
flumina: et in medio campoꝝ fontes.
Ponam desertum in stagna aquarū:
et terram in viā in riuos aquarū. Da-
bo in solitudinē cedrū: et spinam et
mirtum et lignū oliue. Ponā in deser-
to abietem olmū et buxū simul ut vide-
ant et sciāt et recogitent et intelligant
pariter: quia manus dñi fecit hec: et san-
ctus israel creauit illud. Prope facite iu-
dicium vestrū dicit dominus: afferte si
quid fortē habetis dixit rex iacob. Ac-
cedāt: et nūcient nobis quecunq; ventu-
ra sunt. Priora que fuerūt nuncia-
te: et ponemus cor nostrū et sciemus: no-
uissima eorū et que ventura sunt indi-
cate nobis. Annunciate que ventura
sunt i futuro: et sciemus q̄ dij estis.
Bene quoq; aut male si potestis facre:
et loquamur et videamus simul. Ec-
ce vos estis ex nichilo: et opus vestrū
ex eo nō est. Abominatio est qui
elegit vos. Suscitaui ab aquilone: et
venit ab ortu solis. Vocauit nomen
meum: et adducet magistratus quasi
lutum: et velut plastes conculcās hu-
mum. Quis annūciauit ab exordio ut
sciamus: et a principio ut dicamus
iustus es? Non est neq; annuncians
neq; predicans: neq; audiens sermones
vestros. Primus ad syon dicet ecce ad-
sunt: et ierusalē euangelistā dabo. Et
vidi: et nō erat neq; ex istis quisq; q̄ in-
iret cōsiliū: et interrogat? respōderet verbū.
Ecce omnes iniusti: et vana opera eorū:
ventus et inane simulacra eorū. Ca. xlii

Ecce puerus meus suscipiā eum: e-
lectus meus: cōplacuit sibi in il-
lo anima mea. Dedi spiritū meū super
eum: iudiciū gentibus proferet. Non clā-
mabit neq; accipiet personā: nec audie-
tur ex eius foris. Calamū quassatū
non conteret: et linū fumigans non
extinguet. In veritate educet iudiciū:
non erit tristis neq; turbulentus donec

ponat in terra iudicii: z legē eius insule
expectabūt. Hec dicit dominus deus
creans celos et extendens eos: firmās
terram z que germinat ex ea: dās flatum
populo qui est super terram et spiritum
calcantibus eam. Ego dominus vocaui te in iustitia: et apprehendi manum
tuam: z seruaui te. Et dedi te in fedus
populi: in lucem gentiū: ut aperiens o-
culos eorū z educeres de conclusione
vinctū: de domo carcris sedentes in
tenebris. Ego dūs: hoc est nomē meū.
Gloriā meā alteri nō dabo: et laudē
meā sculptilibus. Nunc prima fuerūt ecce
venerunt: noua q̄ ego annuncio: ante
q̄ oriātur audita vobis faciā. Cātate
dño canticū nouū: laus eius ab extremis
terre. Qui descendis in mare et
plenitudo eius insule et habitatores
eas. Exultentur deserta z ciuitates
eius: i domibus habitabit cedar. Laudent habitatores petre: de vertice mon-
tiū clamabūt. Ponent dño gloriā:
et laudem eius in insulis nunciabūt.
Dominus sicut fortis egredietur: sicut
vir prestator suscitabit zelū. Vociferabitur et clamabit: super inimicos suos
cōfortabitur. Tacui semp silui: patiens
fui: sicut parturiens loquar. Dissipabo
et absorbebo simul: deserta faciā mon-
tes z colles: et omne gramē eorū exsicca-
bo. Ponā flumina in insulas: et sta-
gna arcaiā. Et ducā ceos in viā
quā nesciūt: et in semitis quas igno-
rauerūt ambulare eos faciā. Ponā
tenebras coram eis in lucē: et prauas
in recta. Hec verba feci eis: et non de-
reliqui eos. Conuersi sunt retrorsū. Con-
fundātur cōfusione qui confidunt in
sculptili: qui dicunt conflatili vos dij
mi. Surdi audite: et cēci intuimini
ad videndū. Quis cecus nisi seruus me?:
et surdus nisi ad quē nuncios meos
misi? Quis cecus: nisi qui venundatus
est? Et quis cecus? Nisi seruus dñi?
Qui vides multa: nonne adtendis?
Qui aures habes aures: nōne audi-
es? Et dūs voluit ut sanctificaret eū z
magnificaret legem et exaltaret: ipse
autē ipsa direptus et vastatus. Laqueus
iuuenū omnes simul: et in domi-
bus carceris abscondit sunt. Facti sunt
in rapinā nec est qui eruat: in direpti-
onem: nec est qui dicat redde. Quis ē
in vobis qui audiat hoc attendat et
auscultet futura? Quis dedit i direpti-
onem iacob: et israhel vastantibus?
Nōne dūs ipse cui peccauimus? Et no-
luerūt in vijs eius ambulare: non au-
dierūt legem eius. Et effudit super eum
indignationē furoris sui z fortitudinem
belli: et combussit eū i circuitu et nō cognou-
it: et incendit eū z nō intellexit. xlij

Et nunc hec dicit dominus creās te
iacob: et formās te israhel. Noli
timere quia redemi te: et vocaui te
nomine tuo. Meus es tu. Cum trans-
ris per aquas mecū ero: et flumina non
operient te. Cum ambulaueris in igne
non comburēris: et flāma nō ardebit
in te: quia ego dominus deus tuus san-
ctus israhel saluator tuus. Dedi pi-
rationē tuā egiptū: et ethiopiam et
saba pro te. Ex quo honorabilis fa-
ctus es in oculis meis et gloriosus: ego di-
lexi te. Et dabo homines pro te: z po-
pulos pro anima tua. Noli timere:
quia ego tecū sum. Ab oriente adducā
semen tuū: et ab occidente cōgregabo
te. Dicam aquilone da: z austro-noli
prohibere. Affer filios meos de lon-
ginquo: z filias meas ab extremis ter-
re. Et omnē qui invocat nomē meū
in gloriam meam creaui eū: formaui
eum et feci eum. Educ foras populū
meū z oculos habentem: surdū. et au-
res ei sunt. Omnes gentes congrega-
te sunt simul: et collecte sūt reges. Quis
in vobis annūciet istud: et que prima
sūt audire nos faciet? Det testes eorū
et iustificentur: et audiant et dicant.
Vere vos estis mei dicit dūs: z seruus
meus quē elegi: ut sciatis et credatis
michi. et intelligatis quia ego ipse sū.
Ante me non est formatus deus: et
post me nō erit. Ego sum ego sum do-
minus: et non est absq̄ me saluator.
Ego annunciaui et saluaui: audiui
eos: et non fuit in vobis alienus. Vos
estis mei dicit dominus: et ego deus.
Et ab initio ego ipse: et non est qui de
manu mea eruat. Operabor: et quis a-
uertet illud? Hec dicit dūs redemptor
vester sanctus israhel. Propter vos e-
misi in babilonem: et deiecī vectes uni-
uersos: et chaldeos in nauibus suis
gloriantes. Ego dūs sanctus vester: re-
atus israhel: rex vester. Hec dicit dūs
qui dedit in mari viam: et in aquis
vorticibus semitā. Qui eduxit ādrigā
et equum: agmē et robustum. Simul
obdormierūt nec resurgent: cōcisi sūt
quasi linū: et extincti sunt. Ne memo-
riamini prioris: z antiqua ne intueamini.
Ecce ego facio noua: et nunc orient:
utq̄ cognoscetis ea. Ponā in deserto
viam: z in inuio flumina. Et glorifi-
cabit me bestia agri: dracones z struti-
ones: quia dedi i deserto aquas. flu-
mina in inuio: ut darem potū populo
meo electo meo. Populū istū formaui
michi: laudē meā narrabit. Non me
invocasti iacob: nec laborasti in me
israhel. Non obtulisti michi arietem
holocausti tui: et victimis tuis nō glori-
ficasti me. Non te fuire feci i oblatione:
nec laboraui tibi ī thure. Non
emisti michi argento calamū: z adipe
victimarum tuarū nō inebriasti me. Verū
tamen fecisti me fecisti in peccatis tu-
is: seruisti michi laboraui in iniquita-
tibus tuis. Ego sum. ego sum ipse. q̄
deleo iniquitates tuas propter me: z pec-
catorum tuorū nō recordabor. Educ me
in memoriā et iudicemur simul: na-
ra si quid habes ut iustificeris. Pater
tuus primus peccauit: et interpres tui
prevaricati sunt in me. Et contamina-
ui principes sanctos: dedi ad interitionē
iacob: et israel blasphemiā. xlij

Et nunc audi iacob seruus meus:
et israhel quē elegi. Hec dicit do-
minus faciens z formans te: ab utero
auxiliator tuus. Noli timere seruus me-
us iacob: et rectissime quē elegi. Effun-
dam enim aquas super sitientem: et flu-
enta super aridā. Effundā spiritū meū
super semen tuū: et benedictionē meā su-
per stirpem tuā: et germinabunt inter
herbas quasi salices iuxta preterfluen-
tes aquas. Iste dicet dñi ego sum: et
ille vocabit in nomine iacob. Et hic
scribet manu sua domino: et in nomi-
israhel assimilabitur. Hec dicit dūs
rex israhel z redemptor eius: dominus
exercituū. Ego primus et ego nouissi-
mus: z absq̄ me nō est deus. Quis si-
milis mei? Vocet et annunciet: z ordi-
nē exponat michi. Ex quo constitui
populum antiquū: venientia z futu-
ra sunt annunciet eis. Nolite timere:
nec conturbamini. Et tunc audire et fe-
ci: et annunciaui. Vos estis testes mei.
Numquid est deus absq̄ me: z formato-
re quē ego nō nouerim? Plasti dij
omnes michi nihil sunt: z amabilissima
eorū nō prodesse eis. Ipsi sunt testes eorū:
quia non vident nec intelligunt: ut

confundant. Quis formauit deum: aut
sculptile cōflauit ad nichil vile? Ecce
omnes participes eius cōfundentur.
Fabri enim sunt et hominis. Conue-
niant omnes: stabūt et pauebūt: et con-
fundent simul. Faber ferrarius lima o-
perantus est: in prunis et in malleis fo-
mauit illud: et operatus est in brachio
fortitudinis sue. Etiam et deficit:
non bibet aquā et lassescet. Artifex li-
gnarū egredit normā: formauit illud
in runcina. Fecit illud i angularibus:
et i circino tornauit illud: et fecit ymag-
inem viri quasi speciosum hominē
habitantem in domo. Succidit cedros:
tulit ilicem et quercū que fortecrat inte
ligna saltus. Plātauit pinū quā plu-
uia nutriuit: et facta est hominibus in
focū. Humplit et eis et calefactus est:
et succendit et cocit panes: de reliquo
autē operatū est deū et adorauit: fecit
sculptile et curuat est aute illud. Me-
dium eius combussit igni: de medio
eius carnes coxit. Comedit pulmentū
et saturatus ē: et calefactus est et dixit.
Vah! calefact sum: vidi focū. Reliquiū
autē eius deū fecit et sculptile sibi.
Curuatur ante illud: et adorat illud et ob-
secrat dicens. Libera me: quia tuus me-
us es tu. Nesciēt neq; intellexerunt.
Obliti enim sunt ne videāt oculi eorū:
et ne intelligant corde suo. Non recog-
itant in mente sua: neq; cognoscant
neq; sentiūt ut dicant. Medietatē et
combusti igni: et etiā sup carbones e-
ius panes. Coxi carnes et comedi: et
de reliquo eius ydolum faciā? Ante
truncū ligni prostrabor? Pars eius
est. Cor insipiens adorauit illud: et
non liberauit animā suā: neq; dixit
Fore mendacū est in dextera mea. Me-
mento hoc iacob et israhel: quoniā
seruus meus es tu. Formaui te: seruus
meus es tu. Israhel nō obliuiscaris
mei. Deleui ut nubē iniquitates tuas:
et quasi nebulā peccata tua. Reuertere
ad me: quoniā redemi te. Laudate cli
quoniā misericordiā fecit dōs: exulta-
te extrema terre. Resonate montes lau-
dationem: saltus et omne ligni eius.
Quoniā redemit dōs iacob: et israhel
glorificabitur. Hec dicit dōs redempt
tuus: et formator tuus ex utero. Ego do-
minus faciens omnia: extendens celos
solus. Stabilitens terrā et nullus me-
cū: irrita facēs signa diuinoꝝ: et ariol-
os i furorē vertens. Conuertēs sapiēs
retrorsū: et scientiā eorū stultā faciens.
Suscitās verbū serui sui: et consilii
nūciorū suoꝝ cōplēs. Qui dico iheru-
salem habitaberis: et ciuitatibus iuda ed-
ificabimini: et deserta eius suscitabo.
Qui dico profundo desolare: et flu-
mina tua arefaciam. Qui dico cro
pastor meus es: et omnē voluntatē meā
complebis. Qui dico iherusalem ed-
ificaberis: et templo fundaberis. xlv

Hec dicit dōs christo meo cyro cui
apprehendi dexteram ut subigam
ante faciem eius gentes: et dorsa re-
gum vertā. Et aperiā coram eo ianuas:
et porte nō claudentur. Ego ante te i-
bo: et gloriosos terre humiliabo. Portas
ereas cōtēdam: et vectes ferreos con-
fringam. Et dabo tibi thesauros abscon-
ditos et archana secretorū: ut scias qā
ego dōs. q̄ voco nomē tuū deus israhel
propter seruū meū iacob et israhel
electū meū. Et vocauī te nomē tuo: as-
similauī te: et nō cognouisti me. Ego
dominus: et non est amplius. Extra me
non est deus. Accinxi te et nō cognou-
isti me: ut sciant hij qui ab ortu solis
et qui ab occidente quoniā absq; me

non est deus. Ego dominus et non est
alter: formās lucem et creās tenebras:
faciens pacem et creans malum. Ego
dominus faciens omnia hec. Rorate
celi desuper et nubes pluant iustū: aper-
iatur terra et germinet saluatorem: et
iustitia oriatur simul. ego dōs creauī
eū. Ve qui cōtradicit factori suo: testa
de samijs terre. Numquid dicet lutum
figulo suo: q̄d facis: et op̄ tuū absq;
manibus est? Ve qui dicit patri q̄d ge-
neras: et muliери quid parturis. Hec
dicit dōs sanctus israhel: plastes eius.
Ventura interrogate me: super filios
meos et sup op̄ manuū meaꝝ man-
date michi. Ego feci terrā: et hominē su-
per eam creauī. Ego et manus mee te-
nuerūt celos: et omni militie eorum
mādaui. Ego suscitauī eū ad iustitiā:
et omnes vias eius dirigam. Ipse ed-
ificabit ciuitatem meā: et captiuitatem
meā dimittet non in pcio neq; in mu-
neribus: dicit dōs deus exercituū. Hec di-
cit dōs. Labor egipti et negociatio ethi-
opie et sabaim viri sublimes ad te trā-
ibunt et tui erit: et post te ambulabūt.
Vincti manicis pgent: et te adora-
bunt atq; deprecabuntur. Tantū in te est
deus: et non est deus absq; te. Vere tu
es deus abscondens: deus israel saluā-
tor. Confusi sunt et reuerterūt omnes
simul: abierūt in confusione fabricā-
tores erroris. Israhel saluatus est in do-
mino salute eterna. Non cōfundemi
ni et non erubescetis usq; in seculū secu-
li: quia hec dicit dōs creās celos. Ipse
deus formās terrā et faciens eam: ipse
plastes eius. Non in vanū creauit eā:
ut habitaretur formauit eam. Ego do-
minus: et non est alius. Non i abscō-
dito loquor: in loco terre tenebrosō.
Nō dixi seminī iacob frustra: querite me.
Ego dominus loquens iustitiā: an-
nunciās recta. Congregamini et uenī-
te: et accedite simul qui saluati estis de
gentibus. Nesciēt q̄ tuant ligni
sculpture sui: et rogant dēm non sal-
uantem. Annūciate et venite: et consili-
amini simul. Quis audiuit fecit hoc?
Ab initio et tunc ꝑdixi illud. Numq̄d
non ego dominus: et non est vltra de-
us absq; me? Deus iustus et saluans
non est pter me. Conuertimini ad me
et saluī eritis omnes fines terre: quia
ego deus et non est alius. In memetipo
iurauī: egredietur de ore meo iustitie
verbū: et non reuertetur: quia michi
curuabunt omnia genu: et iurabit o-
mnis lingua. Ego in domino dicet.
Mte sunt iustitie et imperiū. Ad eum
venietur: et confundentur omnes qui
repugnant ei. In domino iustificabit
et laudabit omne semē israhel. xlvi

Conflatus est bel corcinus ē nabo:
facta sunt simulacra eorū bestijs
et iumentis. Onera nostra graui pon-
dere usq; ad lassitudinem cōrabuerūt:
et concita sunt simul. Non potuerūt
saluare portantē: et anima eorū in ca-
piuitatem ibit. Audite me domus
iacob: et omne residuū domꝰ israel. Qui
portamini a meo vtero: q̄ gestamini
a mea vulua. Usq; ad senectā egoipse
uersis finibus tuis. Et relinqueris so-
la ab hereditate tua quã dedi tibi: et
faciã te seruire inimicis tuis i terra quã
ignoras. Quoniã ignẽ succendisti in
furore meo: usq; in eternũ ardebit. Hec
dicit dñs: maledictus vir q̃ cõfidit
in homine: et ponit carnẽ brachium
suũ: et a dño recedit cor eꝰ. Erit enim
quasi mirice in deserto: ⁊ non videbit
cum venerit bonũ: sed habitabit i sic-
citate in deserto in terra salsuginis et
inhabitabili. Benedictus vir q̃ con-
fidit in dño: et erit dominus fiducia
eius. Et erit quasi lignũ qd̃ transplan-
tatur suꝑ aquas: qd̃ ad humorẽ mit-
tit radices suas: ⁊ nõ timebit cũ venerit
estus. Et erit foliũ eius viridẽ: et in
tempore siccitatis non erit sollicitum:
nec aliquando desinet facere fructum.
Prauũ est cor hominis et inscrutabi-
le. Quis cognoscet illud? Ego dominꝰ
scrutans cor ⁊ probans renes: qui do
uiciũ; iuxta viã suã: et iuxta fructũ
adinuentionũ suarꝫ. Perdix fouit q̃ nõ
peperit. Fecit diuitias ⁊ nõ in iudicio.
In dimidio dierꝫ suorꝫ dereliquet eas:
et in nouissimo suo erit insipiẽs. Do-
lũ gloriẽ altitudinis a principio: lo-
cus sanctificationis nostre expectatio
israhel. Domine omnes qui te dereliq-
uerũt cõfundẽtur: recedẽtes a te in ter-
ra scribent: quoniã dereliquerũt venã
aquarꝫ viuentiũ dñm. Sana me dñe
et sanabor: saluã me fac ⁊ saluus ero:
quoniã laus mea tu es. Ecce ipsi dicũt
ad me. Vbi est verbũ dñi? Veniat. Et
ego non sum turbatus ⁊ pastorem se-
quutus: et diẽ hominis nõ desideraui.
Tu scis qꝫ egressum est de labijs meis:
rectum in conspectu tuo fuit. Non fis
michi in formidini: spes mea tu es in die
afflictionis. Cõfundãtur qui me per-
sequũt et non confundar ego: pauẽãt
illi: ⁊ non pauẽam ego. Induc suꝑ eos
diẽ afflictionis: ⁊ duplici contriione
contere eos. Hec dicit dominꝰ ad me.
Vade ⁊ sta in porta filiorꝫ plꝰ tui per
quã ingrediũtur reges iuda: et egredi-
untur: et in cũctis portis hierusalem: ⁊
dices ad eos. Audite verbũ dñi reges
iuda: et omnes iudea cunctiq; habitato-
res hierusalẽ: q̃ ingredimini ꝑ portas
istas. Hec dicit dominꝰ. Custodite a-
nimas vras: ⁊ nolite portare pondera
in die sabbati: nec inferatis ꝑ portas
hierusalẽ: ⁊ nolite ferre onera de domi-
bus vris in die sabbati et omne opus
nõ facietis. Sanctificate diẽ sabbati
sicut precepi patribus vris. Et nõ audi-
erũt nec inclinauerũt aurem suã: sed
indurauerũt ceruicem suã ne audirent
me: ⁊ ne acciperent disciplinã. Et erit
si audieritis me dicit dominꝰ: ut nõ
inferatis onera per portas ciuitatis
huiꝰ in die sabbati ⁊ si sanctificaueritis
diẽ sabbati ne faciatis in ea omne opꝰ:
ingredient q̃ ꝑ portas ciuitatis huiꝰ re-
ges ⁊ principes sedentes suꝑ solium da-
uid ⁊ ascendentes in curribus et equis
ipsi et principes eorꝫ viri iuda ⁊ habita-
tores hierusalẽ: ⁊ habitabitur ciuitas
hec in sempiternũ. Et venient de ciuita-
tibus iuda in circuitu hierusalem et de
terra beniamin et de campestribus et
de montibus et ab austro portantes
holocaustum et victimam et sacrificiũ
et thus: et inferent oblationem in do-
mum domini. Si autem non audie-
ritis me ut sanctificetis diẽ sabbati et
ne portetis onus et ne inferatis per
portas hierusalẽ in die sabbati: succen-
dam ignẽ i portis eꝰ et deuorabit do-
mos ihrlim: ⁊ nõ extinguet. xvij

Verbū qd factū est ad ieremiā a
dño dicens. Surge ⁊ descende
in domum figuli: et ibi audies verba
mea. Et descendi i domū figuli: ⁊ ecce
ipse faciebat opus sup rotā: et dissipa-
tum est vas qd ipe faciebat e luto ma-
nibus suis. Conversusq; fecit illud vas
alterū: sicut placuerat in oculis eius ut
faceret. Et factum est verbū dñi ad me
dicens. Nūquid sicut figulus iste nō
potero vobis facere domꝰ israhel ait
dominus? Ecce sicut lutū in manibus
figuli: sic vos domꝰ israel in manu mea.
Repente loquar adversum gentem et
adversus regnū: ut evellat ⁊ destruat ⁊
disperdam illud. Si pnitentiam egerit
gens illa a malo suo qd locutus sum
adversus eam. agā et ego pnitentiā
sup malo qd cogitavi ut faceam ei: et
subito loquar de gente ⁊ regno: ut edifi-
ceri et plantari illud. Si fecerit malū
in oculis meis ut non audiat vocem
meā: pnitentiā agam sup bono qd
locutus sum ut faceret ei. Nunc ergo
dic viro iuda et habitatori ierusalē
dicens. Hec dicit dñs. Ecce ego fingo
contra vos malū: ⁊ cogito cōtra vos
cogitationē. Revertat unusquisq; a
via sua mala: ⁊ dirigite vias vestras
et studia vestra. Qui dixerūt. Desspera-
vimus. Post cogitationes nr̄as
ibimꝰ: ⁊ unusquisq; pravitate cordis
sui mali faciemꝰ. Idro hec dicit dñs.
Interrogate gēes. Quis audivit talia
horribilia: q̄ fecit nimis virgo israel
Nūquid deficit de petra agri niv liba-
ni: aut euellit pollitū aque erupentes frigi-
de et defluentes? Quia oblitꝰ est mei po-
pulus meus. frustra libātes et impin-
gentes in viis suis. et in semitis seculi:
ut ambularent p eas in itinere nō ma-
ne: ut fierent terra eorū in desolationem
et in sibilū sempiternū. Omnis q̄ pteri-
ent per eam obstupescet: et movebit ca-
put suū. Sicut ventus urens dispergā
eos coram inimicis: dorsum et nō faciē
ostendā eis in die pditionis eorū. Et
dixerūt. Venite et cogitemꝰ contra ie-
remiā cogitationes. Non enī peribit
lex a sacerdote: neq; consilium a sapiēte:
nec sermo a vātē. Venite et percutiamus
eū lingua: ⁊ nō attendamus ad
universos sermones eius. Attende do-
mine ad me: ⁊ audi vocem adversario-
rū meorū. Nūquid redditur p bono
malū: quia foderūt foveā animē
meē? Recordare q̄ steterim in cōspectu
tuo ut loquerer pro eis bonū: ⁊ auferre
iram indignationē tuā ab eis. Propte-
ra da filios eorū i famē: et deduc eos in
manꝰ gladij. Fiant vxores eorū absq;
liberis et viduē: et viri earū interfician-
tur morte. Juvenes eorū confodiantur
gladio in pelo: audiatur clamor de
domibus eorū. Adduces enim sup eos
latronē repente: quia foderūt foveam
ut capiant me: ⁊ laqueos abscondērūt
pedibus meis. Tu aūt dñe scis omne
consilium eorū adversum me in mortem.
Ne propicieris iniquitati eorū: et pe-
catum eorū a facie tua non deleatur.
Fiant corruentes in conspectu tuo: in
tempore furoris tui adverte eis. XVIII

Hec dicit dñs. Vade ⁊ accipe lagu-
nculā figuli et de senioribus pōp ⁊
a senioribus sacerdotū: et egredere ad val-
lem filij ennom q̄ est iuxta introitū
porte fictilis: ⁊ pdicabis ibi verba que
ego loquor ad te et dices. Audite ver-
bum dñi reges iuda: et habitatores
ierusalē. Hec dicit dominꝰ exercituū
deus israhel. Ecce ego inducā afflicti-
onem sup locū istū: ita ut omnis qui
audierit illā tinniant aures eius: eo q
dereliquerint me: et alienū fecerūt locū
istū: et libaverūt in eo diis alienis q̄s
nesciebāt ipi ⁊ patres eorū et reges iude:
et replevērūt locū istū sanguine inno-
centū: ⁊ edificaverūt excelsa baalim ad
comburendos filios suos igni i olo-
caustū que non pcepi: nec locutꝰ sum
nec ascendēbat in cor meū. Propterea
ecce dies venient dicit dñs: ⁊ non vo-
cabitur amplius locus iste thophet ⁊
vallis filij ennom: sed vallis occisionis.
Et dissipabo cōsilium iuda et ierusalē
in loco isto: et subvertā eos gladio in
conspectu inimicorꝫ suorū et in manu
querentū animas eorꝫ: et dabo cadā-
vera eorꝫ escas volatilibus celi ⁊ bestijs
terre. ⁊ ponā civitatem hanc in stupo-
rem ⁊ in sibilū. Omnis qui pteriet per
eam obstupescet: et sibilabit sup omnē
plagam eius. Et dabo eos carnibus
filiorꝫ suorꝫ ⁊ carnibus filiarꝫ suarꝫ: et
unusquisq; carnē amici sui comedet i
obsidione et in angustia in qua con-
ludent eos inimici eorꝫ: et qui querūt
animas eorꝫ. Et conteres lagunculā
in oculis virorꝫ qui ibūt tecū: ⁊ dices
ad eos. Hec dicit dñs exercituū. Sic
conteram populū istū ⁊ civitatem istā sicut
conteritur vas figuli qd nō potest ultra
instaurari. Et in thophet sepelientur:
eo q nō sit alius locus ad sepeliendū.
Sic faciā loco huic ait dñs ⁊ habita-
toribus eius: ut ponā civitatem istam
sicut thophet. Et erūt domꝰ ierusalē
et domꝰ regū iuda sicut loꝰ thophet
immūde: omnes domꝰ in quas do-
moibus sacrificaverūt omni milite
celi: libaverūt libamina diis alienis.
Venit aūt ieremias de thophet quo
miserat eum dñs ad vātandū: ⁊ ste-
tit in atrio domꝰ dñi: ⁊ dixit ad omnē
pplm. Hec dicit dñs exercituū deus israel.
Ecce ego inducam sup civitatem hanc
et sup omnes urbes eius universa ma-
la que locutus sum adversum eam:
quoniam indurāverunt cervicem suā
ut nō audirēt sermones meos. XX

Et audivit phassur filius emmer
sacerdos qui erat princeps in domo dñi ieremiā vātem
sermones istos: ⁊ percussit phassur
ieremiā vātem: et misit eū in nervū
qd erat in porta beniamin superiori
in domo dñi. Cūq; illuxisset i crastinū
eduxit phassur ieremiam de nervo:
et dixit ad eū ieremias. Nō phassur
vocavit dominꝰ nomē tuū sed pavor
undiq; quia hec dicit dominus.
Ecce ego dabo te in pavorem et omnes
amicos tuos ⁊ corruent gladio inimi-
corꝫ suorꝫ: ⁊ oculi tui videbūt. Et omnē
iudā dabo in manu regis babilon:
⁊ traducet eos i babilonē: et percutiet eos
gladio. Et dabo universam substan-
tiam civitatis huius ⁊ omnē laborem
eius omneq; pōū et cunctos thesauros
regū iuda dabo in manu inimicorū
eorū: et diripient eos et tollent: et ducē
in babilonē. Tu aūt phassur et omnes
habitatores domꝰ ibitis in capti-
vitatem: et i babilonē venies ⁊ ibi mo-
rieris: ibiq; sepelieris tu et omnes omni-
ci tui quibus vātcinasti mendacia. Se-
duxisti me dñe ⁊ seductus sum: fortior
me fuisti et invaluisti. Factus sum in
derisum tota die. Omnes subsanna-
bant me quia iam olim loquor vociferās: iniquitatē et vastitatē clamito.
Et factꝰ est mihi sermo dñi in opprobriū
et i derisū tota die. Et dixi. Nō recorda-
bor eius: neq; loquar ultra i nomine
illius. Et factus est i corde meo quasi
ignis exestuans. claususq; in ossibus
meis: ⁊ defeci ferre nō sustinēs. Audiui

eum cōtumelias multoꝝ et terorem
in circuitu persequimini ⁊ persequamur
eum: ab omnibus viris qui erat pacis
mei ⁊ custodientes latus meum. Di
quo modo decipiatur ⁊ prualeamus ad
uersus eū: et consequamur vltionem
de eo. Dominus autē mecū est quasi bel
lator: fortis: idcirco qui persequūtur me
cadent et infirmi erunt et confundent
vehementer: quia non intellexerūt ob
probriū sempiternū qd numq̄ delebit.
Et tu dūe exercituū, probator: iusti qui vi
des renes ⁊ cor: videā quesso vltionem
tuā de eis. Tibi enim reuelaui causam
meā. Cantate dūo laudate dūm: qā
liberauit animā pauperis de manu
maloꝝ. Maledicta dies in qua nat⁹
sum: dies i qua peperit me mater mea
non sit benedicta. Maledictus vir q̄
annūciauit patri meo dicens natus
est tibi puer masculus: ⁊ quasi gaudio
letificauit eū. Sit homo ille ut sunt
ciuitates quas subuertit dūs: et non
penituit eum. Audiat clamorem ma
ne et vlulatū i tempore meridiano: qā
non me interfecit a vulua ut fieret mi
chi mater mea sepulcrū: et vulua eius
cōceptus meus. Quare de vulua egressus
sum ut videre laborē ⁊ dolorē: et consu
mereꝝ i cōfusione dies mei. XX

Verbū q̄ factū est ad ieremiam
a dūo: quādo misit ad eū rex se
dechias phasur filiū melchie ⁊ sophoniam
filiū maasie sacerdotem dicens.
Interroga pro nobis dominū: quia
nabuchodonosor rex babilonis pre
liatur aduersum nos: si forte faciat
dominus nobiscū sēm omnia mira
bilia sua et recedat a nobis. Et dixit
ieremias ad eos. Sic dicetis sedechie.
Hec dicit dūs d⁹ israel. Ecce ego con
tera vasa belli que in manibus vestris
sunt et quibus vos pugnatis adur
sum regem babilonis et caldeos qui
obsidet vos i circuitu muroꝝ: ⁊ con
gregabo ea in medio ciuitatis huius.
et debellabo ego uos in manu extenta
et in brachio forti ⁊ in furore ⁊ in indi
gnatione ⁊ in ira grandi: et percutiam
habitatores ciuitatis huius. Homines
et bestie pestilencia magna morientur.
Et post hec ait dūs. Dabo sedechiam
regem iuda ⁊ seruos eius ⁊ populum eius
et qui derelicti sunt i hac ciuitate a pste
et gladio et fame in manu nabucho
donosor regis babilonis et in manu
inimicoꝝ eoꝝ et in manu querentiū a
nimā eoꝝ: ⁊ percutiet eos in ore gladij:
et non mouebit neq; parcet nec mise
rebitur. Et ad populum hunc dices. Hec
dicit dominus. Ecce ego do coram vobis
viā vite et viam mortis. Qui habita
uerit in vrbe hac morietur gladio et
fame et peste: qui aut egressus fuerit et
transfugerit ad caldeos qui obsidet
vos viuet: et erit anima sua quasi
spolium. Posui enim faciem meā sup ciui
tatem hanc in malū et non in bonū ait
dūs. In manu regis babilonis dabi
tur: ⁊ exuret eam igni et domū regis
iuda. Audite verbū dūi dom⁹ david.
Hec dicit dūs. Judicate mane iudicū
et eruite vi oppressum de manu calu
mniantis: ne forte egrediatur ut ignis
indignatio mea et succendat et nō sit
qui extinguat: propter malitiā studiorū
vestroꝝ. Ecce ego ad te habitatricem
vallis solide atq; campestris ait dūs
: qui dicitis quis percutiet nos
et quis ingredietur domus nostras:
et visitabo super vos iuxta fructum
studiorū vestroꝝ dicit dominus: et succē
dam ignem in saltu eius et deuo
rabit omnia in circuitu eius. XXI

Hec dicit dominus. Descende i do
mum regis iuda: et loqueris ibi
verbū hoc ⁊ dices. Audi verbū dūi
re iuda qui sedes sup solio dauid: tu
et seruī tui ⁊ plus tuus qui ingredimi
ni per portas istas. Hec dicit dominus.
Facite iudicū et iustitiā et liberate vi
oppressum de manu calumniatoris:
et aduenā et pupillū et viduā nolite
contristare neq; opprimatis iniquē: ⁊
sanguinē innocentem ne offendatis
in loco isto. Si enim facietis sermōnē
verbū istud: ingredient per portas do
mus huius regis sedentes de genere da
uid super thronū eius: et ascendentes
curus et equos: ipse et seruī et plus e
orū. Si autē nō audieritis verbū hoc: in
memetipso iurauī dicit dūs: quia in
solitudinē erit domus hec. Nūia hec
dicit dūs sup domū regis iuda. Ga
laad tu michi caput libani. Si non
posuero te solitudinē: vrbes inhabi
tabiles. Et sanctificabo sup te interfe
ctores virū et arma eius: et succident
electas cedros tuas et proiicient in ig
nem: et preteribūt gentes multe per
ciuitatem hāc et dicet vnusquisq; pxi
mo suo. Quare sic fecit dominus ciuita
ti huic grandi? Et respondebūt. Eo q
reliquerunt pactū dūi dei sui: ⁊ adora
uerunt deos alienos: et seruierunt illis.
Nolite flere mortuū: neq; lugeatis su
per eū fletu. Plangite eū qui egreditur:
quia non reuertetur vltra: nec videbit
terram natiuitatis sue. Nūia hec dicit
dūs ad sellū filiū iosie regē iuda q̄ re
gnauit pro iosia patre suo q̄ egressus
est de loco isto. Sō reuertetur huc am
plius: sed in loco ad quē transtuli eū
ibi morietur: ⁊ terrā istam nō videbit
amplius. Ve qui edificat domū suā i
iniustitia: ⁊ cenacula sua nō i iudicio.
Amicū suū opprimet frustra: et mercē
deū non reddet ei. Qui dicit edificabo
michi domū latam et cenacula spacio
sa: qui aperit sibi fenestras et fanet la
quearia cedrina: pinginq; sinopide.
Nunquid regnabis: quoniā conferes
te cedro? Pater tuus nūquid nō comē
dit et bibit et fecit iudicū et iustitiā:
tūc ē bene erat ei? Iudicauit causam
pauperis et egeni in domū suū. Nun
quid non ideo: quia cognouit me di
cit dūs? Tui vero oculi ⁊ cor ad auaricia
m et ad sanguinē innocentē fundē
dum et ad calūniā: et ad furū mali
opis. Propterea hec dicit dūs ad io
achim filiū iosie regem iuda. Sō plā
gent eū ve frater et ve soror: nō conce
pabūt ei ve dūe et ve inclite. Sepultu
ra asini sepelietur: putrefact⁹ ⁊ pieꝝ
egra portas iherusalē. Ascende liba
num et clama: et in balan da vocem
tuā ⁊ clama ad transitū: quia con
triti sunt omnes amatores tui. Locut⁹
sum ad te in abundantia tua: dixisti
non audiam. Hec est via mea ab ado
lescentia tua: quia non audisti vocem
meam. Omnes pastores tuos pascet
ventus: ⁊ amatores tui in captiuitatē
ibunt. Et tunc cōfundetis ⁊ erubescet
ab omni malitia tua: que habes in li
bano et nidificas in cedris. Quomō
cōgemuisti cum venissent tibi dolores
quasi dolores parturientis? Viuo e
go dicit dūs: quia si fuerit iechonias
filius ioakim regis iuda anulus in
manu dextera mea inde euellam eum.
Et dabo te i manu querentiū animā
tuā et in manu quoꝝ tu formidas fa
ciem: et in manu nabuchodonosor
regis babilonis: et i manus caldeoꝝ.
Et mittam te et matrē tuā que genuit
te in terrā alienā in qua nati nō estis:

ibiq; morieminī. Et in terram ad quā
ipsi leuāt animā suā ut reūtanť illuc:
nō reuertent. Nūquid uas fictile aut q;
conminū vir iste ychonias? Nunquid
uas abiecti sunt ipsi et feruen eius: et pieci i
terrā quā ignorauerūt? Terra terra ter
ra audi sermonem dñi. Hec dicit dñs.
Scribe virū istū sterilem: virū qui in
diebus suis nō ꝓsperabit. Nec enī erit de
semine eius vir q̃ sedeat sup solium dauid:
z potestatē habeat ultra iuda. xxiij

Ue pastoribus: qui dispdunt z dila
cerant gregem pascue mee dicit
dñs. Ideo hec dicit dñs deus israhel
ad pastores qui pascunt plm meum.
Vos dispsistis gregem meū z eiecistis
eos: z non visitastis eos. Ecce ego visi
tabo sup vos malicia studiorū vrōr
ait dñs. Et ego congregabo reliquias
gregis mei de cunctis terris ad quas
eiecero eos illuc: z conuertā eos ad cura
sua z crescāt z multiplicabūtur: z suscī
tabo sup eos pastores z pascēt eos. Nō
timebūt vltra et nō paurēt: z nul
lus loquerē ex numero dicit dñs. Ecce
dies veniunt dicit dñs: z suscitabo
dauid germen iustū et regnabit rex et
sapiens erit: et faciet iudiciū z iusticiā
in terra. In diebus illis saluabitur iu
da: z israhel habitabit confidenter. Et
hoc est nomē q̃ vocabūt eū: dominus
iustus noster. Propter hoc ecce dies
veniunt dicit dominus: et non dicent
vltra viuit dominus q̃ eduxit filios israhel
de terra egipti. Sed viuit dominus
q̃ eduxit et adduxit semē domus israel de
terra aquilonis et de cūctis terris ad q̃s
eieceram eos illuc: et habitabunt in
terra sua. Ad ꝓphetas. Contritū est
cor meū in medio mei: cōtremuerunt
omnia ossa mea. Factus sum quasi
vir ebrius: et quasi homo madidus
a vino a facie domini et a facie verbo
rum sanctor eius: quia adulterio re
plera est terra: quia a facie maledictio
nis luxit terra: arefacta sunt arua de
serti. Factus est cursus eorū malus: et
fortitudo eorū dissimilis. Propheta
quoq; z sacerdos polluti sunt: z in do
mo mea inuenti malū eorū ait dominus.
Idcirco via eorū erit quasi lubricū in
tenebris: impellentē eum et corruent i
ea. Afferam enī sup eos mala: annū
visitationis eorū ait dñs. Et in ꝓphe
tis samarie vidi fatuitatem: z ꝓpheta
bant in baal: et decipiebāt plm meū
israhel. Et in ꝓphetis ierusalē vidi si
militudinem adulteranū et iter men
dacij: z confortauerūt manus pessimo
rum: ut non cōuerterent vnusquisq; a
malicia sua. Facti sunt michi omnes
ut sodoma: et habitatores eius q̃si go
morra. Propterea hec dicit dñs exercī
tuū ad ꝓphetas. Ecce ego cibabo eos
absinthio: z potabo eos felle. A ꝓphe
tis enī ierusalem egressa est pollutio
sup omnē terram. Hec dicit dominus
exercituū. Nolite audire verba ꝓpheta
rum qui ꝓphetāt vobis z decipiūt
vos. Visionē cordis sui loquūt: non
de ore domini. Dicūt hijs q̃ blasphe
mant me locutus est dominus. Pax erit
vobis: et omni qui ambulat in pra
uitate cordis sui dixerunt: non venīet
sup vos malū. Quis enī affuit in con
silio dñi: z vidit et audiuit sermonem
eius? Quis cōsiderauit verbū illius et
audiuit? Ecce furor dominice indigna
cionis egredietur: z tempestas erūpēs
sup caput impiorū veniet. Non reuer
tetur furor dñi vsq; dum faciat: z vsq;
dū cōplear cogitacionē cordis sui. In
nouissimis diebus intelligetis cōsilio

eius. Non mittebā ꝓphetas et ipsi cur
rebant: non loquebar ad eos: et ipsi
prophetabāt. Si steissent in consilio
meo et audissent verba mea ꝓ plm
meo: auertissem vtiq; eos a via sua
mala z cogitationibus suis pessimis.
Putasne deus e vicino ego sum dicit
dñs: et non deus de longe? Si occul
tabitur vir in abcōdisis? Et ego nō
videbo eū dicit dñs? Nūquid nō celū
et terrā ego impleo ait dñs? Audiui
que dixerūt ꝓphete: ꝓphetantes in no
mine meo mendacia atq; dicētes. So
niauī: somniauī. Vsq;quo istud ē i
corde ꝓphetarū vaticinantū mendacia?
prophetānū seductiones cordis sui?
Qui volūt facere ut obliuiscat ꝓplus
me? nōis mei. ꝓter somnia eorū que
narrāt vnusquisq; ad ꝓximū suū: sic
ut oblti sunt patres eorū nōis mei
propter baal. Propheta qui habet
somniū narret somniū: et qui habet
sermonē meū loquat sermonē meum
vere. Quid ꝑ paleis ad triticū dicit dñs?
Nūquid non verba mea sunt quasi ig
nis ait dñs: et quasi malleus conte
rens petrā? Propterea ecce ego ad pro
phetas ait dñs: q̃ furant verba mea
unusquisq; a ꝓximo suo. Ecce ego ad
prophetas ait dñs qui assumūt lin
guas suas: z aiūt dicit dñs. Ecce ego
ad prophetas somniantes mendacia
dicit dñs: qui narrauerūt ea et seduxe
runt plm meū in mendacio suo et in
miraculis suis cū ego nō misisse eos
nec mandassem eis: q̃ nichil ꝓfuerit
ꝓlo huic dicit dñs. Si igitur mirabi
gauerit ꝓplus iste vel ꝓpheta aut sa
cerdos dicens-q̃ est onus dñi: dicēs
ad eos. Vt quid vobis onꝰ? Proiciā
quippe vos dicit dominus: et ꝓpheta et
sacerdos et ꝓplus qui dicit onus dñi:
visitabo sup virū illū et sup domū eius.
Hec dicetis unusquisq; ad ꝓximum z
ad fratrem suū. Quid ꝓsp̃dit dñs?
Et quid loquꝰ est dominus? Et onus
dominī vltra non memorabitur: q̃a
onus erit unicuiq; sermo suus. Et pur
tritis verba dei viuentis: dominī exer
cituum dei nostri. Hec dicēs ad ꝓpheta
tam. Quid ꝓsp̃dit tibi dominus? z q̃d
locutus est dominus? Si aūt onus do
mini dixerīs: ꝓter hoc hec dicit do
minus. Quia dixistis sermonē istū o
nus dominī: z misi ad vos dicēs-no
lite dicere onus dominī: ꝓterea ecce e
go collā vos portans: z derelinquam
vos z ciuitatē quā ꝑdi vobis z ꝓtrī
bus meis a facie mea: et dabo vos i oppro
briū sempiternū: et i ignominiā eternā
q̃ nūq; obliuione delebit. xxiij

Ecedit michi dominus: z ecce duo
calathi plenī ficis positi ante tem
plum dñi: postq; transtulit nabuch
donosor rex babilonis ychoniā filiū
ioakim regem iuda z principes eius z
fabrum z inclusorem de ierusalē z ad
duxit eos in babilonē. Calathus vnus
ficus bonas habebat nimis: ut solent
ficus esse primi tporis. Et calathus u
nus ficus habebat malas nimis: que
comedi nō poterāt eo q̃ essent male. Et
dixit dominus ad me. Quid tu vides ie
remia? Et dixi. Ficus bonas-bonas
valde: z malas-malas valde: q̃ comē
di nō possunt eo q̃ sunt male. Et facti
est verbū dñi ad me dicens. Hec dicit
dominus deus israhel. Sicut ficus hec ite
re sic cognoscā transmigrationē iuda
quā emisi de loco isto in terrā caldeor
in bonū: et ponā oculos meos sup eos
ad placidū. Et reducā eos in terram
hanc: z edificabo eos et nō destruā: et
plantabo eos et non euellam: et dabo

ris eor ut colant me quia ego sum do-
minus. Et erit multi in plusu: et ego
ero eis in deū: quia reuertuntur ad me
in toto corde suo. Et sicut fic pslume
que comedi nō pollūt eo q sint male:
hec dicit dominus sic dabo sedechiam
regem iuda et principes eius et reliqs
de ihrusalē qui remanserūt in urbe hac:
et qui habitant in terra egipti. Et da-
bo eos in vexationē afflictionem omni-
bus regnis terre: in opprobriū et
in parabolā et in pueriū et in male-
dictionē in universis locis ad quas
ejci eos: et mittā in eis gladiū z famē
z pestem donec cōsumātur de terra quā
dedi eis et patribus eorum. xxv

Verbū qd factū ē ad ieremiā de o-
mni plo iude in anno quarto
ioakim filij iosie regis iuda: ipe ē an-
nus primus nabuchodonosor regis
babilonis. Et locutus est ieremias
prophēta ad omnē plm iuda et ad
universos habitatores ihrusalē dicēs.
A tercio decimo āno iosie filij amon
regis iuda usq ad diem hanc iste est
tercius z viginti annus: factū est ver-
bum dni ad me: et locutus sum ad
vos de nocte consurgens et loquens
et non audistis. Et misit dominus ad
vos omnes seruos suos pphetas con-
surgens diluculo mittensq z non au-
distis: neq inclinastis aures vestras
ut audiretis cum dicere. Reuertimini
unusquisq a via sua mala: et a pessi-
mis cogitationibus vestris: et habita-
bitis i terra quā dedit dns vobis et pa-
tribus vestris a seculo z usq in seculū.
Et nolite ire post deos alienos ut ser-
uiatis eis adorētq eos: neq me ad
iracundiam puocetis in operibus
manuū vestraz: z non affligam vos. Et
non audistis me dicit dominus: ut me
ad iracundiam puocaretis in operib
manuū vestrarū in malū vestrū. Pro-
pterea hec dicit dns exercituū. Pro eo
q non audistis verba mea: ecce ego
mittam et assumā universas cogna-
tiones aquilonis ait dns z nabucho-
donosor regē babilonis seū meū z ad-
ducā eos sup terrā istā et sup habitato-
res eius et sup omnes nationes que i
circuitu eius sunt: et interficiā eos z po-
nam eos in stuporem et in sibilū et in
solitudines sempiternas. Perdamq
ex eis vocem gaudij et vocem letic:
vocem sponsi z vocem sponse: vocem
mole z lumē lucerne. Et erit universa
terra eius in solitudinē z in stuporem:
et seruient omnes gentes iste regi ba-
bilonis septuaginta ānis. Cumq im-
pleti fuerint anni septuaginta visitabo
sup regem babilonis z sup gentem
illā dicit dns iniquitatem eoz: et sup
terrā caldeoz: et ponā illā in solitudi-
nes sempiternas. Et adducā sup terrā
illā omnia verba mea que locus sum
cōtra eam: omne qd scriptū est i libro
isto. quecūq pphetauit ieremias ad
uersum omnes gentes: quia seruierūt
eis cū ellent gētes multe z reges magni.
Et reddā eis secdm opera eoz: et secdū
facta manuū suaz. Quia sic dicit dns
exercituū deus israhel. Bume calicem
vini furoris hui de manu mea: z po-
nabis de illo cūctis gentibus ad qs e-
go mittam te et bibent: z nutabunt
et insanient a facie gladij quē ego mit-
tam inter eos. Et accepi calicē de ma-
nu dni: z potauī cūctis gentibus ad
quas misit me dns: ihrusalē z ciuita-
tibus iude et regibus eius et principi-
bus eius ut darem eos in solitudinem
et in stuporem et in sibilū et in male-
dictionē sicut ē dies ista: z pharaoni

regi egipti et seruis eius z principibus
eius et omni plo eius: et universis ge-
ntibus cunctis regibus terre austri
dis: et cūctis regibus terre philistijm et
ascalonis et gaze et accaroni et reli-
quis azoti: ydumee z moab et filijs
amon et cūctis regibus tyri et universis
regibus sydonis et regibus ire insu-
lay q sunt trans mare: et ded an et cte-
man et buz et universis q attonsi sūt
in comam et cūctis regibus arabie et
cūctis regibus occidētis q habitāt in
deserto: et cūctis regibus zambri z cūc-
tis regibus elam et cūctis regibus me-
doz et cūctis q regibus aquilonis de
prope z dilonge: unicuiq cōra fratrē
suū: z omnibus regnis terre que super
facie eius sunt. Et rex sesach bibet post
eos. Et dices ad eos. Hec dicit dns ex-
ercituū deus israhel. Bibite et inebria-
mini: et vomite et cadite: neq surgatis
a facie gladij quē ego mittā inter vos.
Cumq noluerint accipere calicem de
manu tua ut bibāt: dices ad eos. Hec
dicit dominus exercituū. Bibentes bibe-
ris. Quia ecce in ciuitate in qua invo-
catū ē nomē meū ego incipio affligere:
et vos quasi innocentes et immuni
eritis? Non eritis immuni. Gla-
diū enī ego voco sup omnes habita-
tores terre: dicit dns exercituū. Et tu
prophetabis ad eos omnia verba hec:
z dices ad illos. Dominus de excelso
rugiet: et de habitaculo sancto suo dabit
vocem suā. Rugiens rugiet sup decor
em suū. Eleuma ēsi calcantū conui-
uent aduersus omnes habitatores
terre. Peruenit sonus usq ad extrema
terre: quia iudicū dnō cū gentibus. Iu-
dicat ipe cū omni carne. Impios tra-
didi gladio dicit dns. Hec dicit dns
exercituū. Ecce affliccio egrediet de gēte
in gentem: et turbo magnus egredie-
tur de summitatibus terre: et erunt inter-
fecti dni in die illa a summo terre usq
ad summū eius. Non plangent: et nō
colligent neq sepelient: i sterquilinio
sup facie terre iacebūt. Vlulate pasto-
res et clamate: et aspergite vos cinere o-
primates gregis: quia cōpleti sunt di-
es vestri ut interficiamini: et dissipa-
tiones vestre z cadetis quasi vasa pī-
osa. Et peribit fuga a pastoribus: et
salutatio ab optimatibus gregis. Vox
clamoris pastoz z vlulatus optima-
tum gregis: qa vastauit dns pascua
eoz: z cōtriuit arua pacis a facie ire
furoris dni. Deseliquit ēsi leo umbra-
culum suū: facta est terra eorum in de-
solationem a facie ire columbe: et a
facie ire furoris domini. xxvi

In principio regni ioakim filie iosie re-
gis iuda factū ē verbū istud a dno di-
cens. Hec dicit dns. Sta in atrio do-
mus dni: et loqueris ad omnes ciui-
tates iuda de quibz venīūt ut adorēt
in domo dni universos sermones: qs
ego mandauī tibi ut loquaris ad eos.
Noli subtrahere verbū: si forte audiāt
z reuertant unusquisq a via sua ma-
la: et penitet me mali qd cogito face-
re eis, pter malitiā studioz eorū. Et
dices ad eos. Hec dicit dns. Si non
audieris me ut ābuleris in lege mea
quā dedi vobis ut audiatis sermonē
seruoz meoz, pphetarū quos ego misi
ad vos de nocte cōsurgens et dirigēs
et nō audistis: dabo domū istā sicut
Silo: et urbē hāc dabo i maledictionē
cūctis gentibus terre. Et audierūt sace-
dotes et pphete et omnis plus ieremi-
am loquentem verba hec in domo do-
mini. Cumq complesset ieremias lo-
quens omnia que pceperat ei dominus

ut loqueret ad universum plebem: apprehenderunt eum sacerdotes et prophete et omnis
populus dicens. Morte moriatur. Quare
prophetavit in nomine domini dicens: sicut
silo erit domus hec et urbs ista deso-
labitur eo quod non sit habitator: Et con-
gregatus est omnis populus adversus
ieremiam in domo domini. Et audierunt prin-
cipes iuda verba hec: et ascenderunt de
domo regis in domum domini: et sederunt in
introitu porte domus domini nove. Et lo-
cuti sunt sacerdotes et prophete ad princi-
pes et ad omnem populum dicentes. Judi-
cium mortis est viro huic: quia prophe-
tavit adversus civitatem istam sicut au-
ditis auribus vestris. Et ait ieremias
ad omnes principes et ad universum
populum dicens. Dominus misit me ut prophe-
ram ad domum istam et ad civitatem hanc
omnia verba que audistis. Nunc ergo
bonas facite vias vestras et studia ve-
stra: et audite vocem domini dei vestri: et
penitebit dominum mali quod locutus est ad ve-
strum vos. Ego autem ecce in manibus
vestris sum: facite michi quod bonum et
rectum est in oculis vestris. Veritatem
scitote et cognoscite: si occideris me
sanguinem innocentem tradis contra
vosmetipsos: et contra civitatem istam et
habitatores eius. In veritate enim mi-
sit me dominus ad vos: ut loquerer in auri-
bus vestris omnia verba hec. Et dixe-
runt principes et omnis populus ad sacer-
dotes et ad prophetas. Non est viro huic
iudicium mortis: quia in nomine domini dei no-
stri locutus est ad nos. Surrexerunt ergo
viri de senioribus terre: et dixerunt ad
omnem cetum populi loquentes. Michias de
morasthin fuit prophetans in diebus ezechie
regis iuda: et ait ad omnem populum iude
dicens. Hec dicit dominus exercituum. Syon
quasi ager arabitur: et ierusalem in
acervum lapidum erit: et mons domus
in excelsa silvae. Numquid morte con-
demnavit eum ezechias rex iuda et omnis
iuda? Numquid non timuerit dominum
et deprecatus fuit faciem domini: et penituit dominum
mali quod locutus fuerat adversum eos?
Itaque non faciamus malum grande contra
animas nostras. Fuit quoque vir prophe-
tans
in nomine domini urias filius semei de cari-
athiarim: et prophetavit adversus civitat-
em istam et adversus terram hanc iuxta
omnia verba ieremie. Et audivit rex
ioakim et omnes potentes et principes
eius verba hec: et quesivit rex interfe-
rere eum. Et audivit urias et timuit: fugit
quoque et ingressus est egiptum. Et misit rex
ioakim viros in egiptum helnathan
filium achobor et viros cum eo in egiptum.
Et eduxerunt uriam de egipto: et adu-
xerunt eum ad regem ioakim et percussit
eum gladio: et iecit cadaver eius in
sepulcris vulgi ignobilis. Igitur ma-
nus archan filij saphan fuit cum ie-
remia ut non traderetur in manus po-
puli et interficerent eum. XXVI

In principio regni ioakim filij iosie re-
gis iuda factum est verbum istud ad ierem-
iam a domino dicens. Hec dicit dominus
ad me. Fac tibi vincula et catenas et
pones eos in collo tuo: et mittes eas
ad regem edom et ad regem moab et ad
regem filiorum ammon et ad regem tyri et
ad regem sydonis in manu nuntiorum qui
venerunt ierusalem ad sedechiam regem
iuda: et precipies eis ut ad dominos suos
loquantur. Hec dicit dominus exercituum deus
israel. Hec dicetis ad dominos vestros. Ego fe-
ci terram et hominem et iumenta que sunt
super faciem terre in fortitudine mea ma-
gna: et in brachio meo extento: et dedi
eam cui placuit in oculis meis. Et nunc
itaque ego dedi omnes terras istas in

manu nabuchodonosor regis babi-
lonis servi mei: insuper et bestias agri
dedi ei ut serviant illi: et servient ei omnes
gentes et filio eius et filio filij eius donec ve-
niat tempus terre eius et ipsius. Et servient ei
gentes multe et reges magni: gens au-
tem et regnum quod non servierit nabuch-
donosor regi babilonis et quecumque
non curvaverit collum suum sub iugo re-
gis babilonis in gladio et in fame et
in peste visitabo super gentem illam ait
dominus: donec consumam eos in manu eius.
Vos ergo nolite audire prophetas vestros
et divinos et somniatores et augures
et maleficos qui dicunt vobis non servi-
ere regi babilonis: quia mendacium
prophetant vobis ut longe faciant vos
de terra vestra: et eiciant vos et pereatis.
Porro gens quam subiecerit cervicem suam
sub iugo regis babilonis et servierit
ei et divinam ei in terra sua dicit domi-
nus: et colet eam et habitabit in ea. Et ad
sedechiam regem iuda locutus sum se-
cundum omnia verba hec dicens. Subi-
cite collum vestrum sub iugo regis babilo-
nis: et servite ei et populo eius: et vivetis.
Quare morientur tu populus tuus
gladio fame et peste: sicut locutus est
dominus ad gentem que servire noluerit re-
gi babilonis? Nolite audire verba
prophetarum dicentium vobis non servi-
ere regi babilonis: quia mendacium
ipsi locuntur vobis. Quia non misi eos
ait dominus: et ipsi prophetant in nomine meo
mendacium: ut eiciant vos et pereatis
tam vos quam prophete qui vaticinantur vo-
bis. Et ad sacerdotes et ad populum istum
locutus sum dicens. Hec dicit dominus.
Nolite audire verba prophetarum vestrorum
qui prophetant vobis dicentes: ecce vasa
domini revertentur de babilone nunc cito.
Mendacium enim prophetant vobis. Nolite
eorum audire eos: sed servite regi babi-
lonis ut vivatis. Quare datur hec ci-
vitas in solitudinem? Et si prophete sunt
et est verbum domini in eis occurrant domino
exercituum: ut non veniant vasa que derelicta
fuerunt in domo domini et in domo
regis iuda et in ierusalem in babilonem.
Quia hec dicit dominus exercituum ad colu-
mnas et ad mare et ad bases et ad re-
liqua vasorum que manserunt in civitate
hac: que non tulit nabuchodonosor
rex babilonis cum captivaret iechoniam
filium ioachim regem iuda de ierusa-
lem in babilonem et omnes optimates iu-
da et ierusalem. Quia hec dicit dominus ex-
ercituum deus israel ad vasa que derelicta
sunt in domo domini et in domo regis iu-
da et ierusalem. In babilonem transferen-
tur: et ibi erunt usque ad diem visitationis
sue dicit dominus. Et afferam eam
et restituam in loco isto. XXVIII

Et factum est in anno illo in principio
regni sedechie regis iuda in anno
quarto in mense quinto: dixit ad me a-
nanias filius azur propheta de gabaon
in domo domini coram sacerdotibus et omni
populo dicens. Hec dicit dominus exercituum de-
us israhel. Contivi iugum regis babilo-
nis. Adhuc duo anni dierum et ego re-
feram ad locum istum omnia vasa domi-
que tulit nabuchodonosor rex babi-
lonis de loco isto: et transtulit ea in
babilonem. Et ieconiam filium ioakim
regem iuda et omnem captivitatem
inde qui in egipto sunt in babilonem ego
conteram ad locum istum ait dominus. Conteram
enim iugum regis babilonis. Et dixit
ieremias propheta ad ananiam prophe-
tam in oculis sacerdotum et in oculis omnis
populi qui stabat in domo domini: et ait
ieremias propheta. Amen. Sic fa-
ciat dominus. Subvertat dominus verba tua que

prophetastis: ut referant vasa domũ
dñi: et omnis trãsmigratio de babilo-
ne ad locũ istũ. Verũtamẽ audi verbũ
hoc qd̃ ego loquor in auribus tuis: z
in auribus omniũ ple. Prophete q̃ fue-
runt ãte me et te ab micio et pheraue-
runt sup terras multas z sup regna de
plio z de afflictione et de fame: phera
q̃ vaticinat ẽ pacem cũ venerit verbũ
eius: scietur phera quẽ misit dominus
in veritate. Et tulit ananias phera
cathenam de collo ieremie phere: et
cõfregit eam. Et ait ananias in cõspe-
ctu omniũ ple dicens. Hec dicit domin⁹.
Sic cõfringã iugũ nabuchodonosor
regis babilonis post duos annos di-
ctũ de collo omniũ gentium. Et abijt
ieremias phera in viam suã. Et fa-
ctum est verbũ dñi ad ieremiã postq̃
cõfregit ananias phera cathenã de
collo ieremie phere dicens. Vade: z
dices anamie. Hec dicit dominus. Ca-
thenas ligneas cõmutasti et facies p ei⁹
cathenas ferreas: quia hec dicit dñs
exercituũ deus israhel. Iugũ ferreũ po-
sui sup collũ istorũ gentiũ istarũ ut se-
uiant nabuchodonosor regi babilo-
nis: et seruient ei: insuper et bestias terre
dedi ei. Et dixit ieremias phera ad
ananiã phera. Audi anania. Sed
misit te dominus: et tu confidere fecisti
populũ istum in mendacio. Idcir-
co hec dicit dominus. Ecce ego mitte-
am te a facie terre. Hoc anno morieris. Aduersum enim dominum loc-
utus es. Et mortuus est ananias pro-
phera in ãno illo mẽse septimo. LVIII

Et hec sunt verba libri quẽ misit
ieremias de ierusalem ad reli-
quias senioꝝ transmigrationis et ad
sacerdotes et ad phetas et ad omnẽ
plm quẽ transtulerat nabuchodonosor
de ierusalẽ in babilonẽ: postq̃ egres-
sus est iechonias rex z domina et eunuchi
et principes iuda et ierusalẽ et fabri
et inclusi de ierusalem in manu cala-
sis filij saphan et gamalie filij helchie
quos misit sedechias rex iuda ad na-
buchodonosor regem babilonis in ba-
bilonẽ: dicens. Hec dicit dñs exercituũ
deus israhel omni trãsmigrationi quã
transtuli de ierusalẽ i babilonẽ. Edi-
ficate domos et habitate: et plantate
ortos et comedite fructũ eorũ. Accipite
vxores z generate filios z filias: z date
filijs vris vxores et filias vras vins
date: et parãt filios et filias: et multipli-
cabimini ibi z nolite esse pauci numero:
et quirite pacẽ ciuitatis ad quã trans-
migrare vos fecit et orate pro ea ad do-
minũ: q̃a in pace illius erit pax vobis.
Hec dicit dñs exercituũ deus israhel. Sed vos
seducãt prophete vestri qui sunt in me-
dio vestrũ z diuini vestri: et ne audeatis
ad somnia vestra que vos somni-
atis quia falso ipsi phetant vobis in
nomine meo: z nõ misi eos dicit dñs.
Quia hec dicit dñs. Cum cepeerit im-
pleri in babilone septuaginta anni vi-
sitabo vos z suscitabo sup vos verbũ
meũ bonũ: et reducã vos ad locũ istũ.
Ego enim scio cogitationes q̃s cogito
sup vos ait dñs: cogitationes pacis
et nõ afflictionis ut detur vobis finẽ z
patiẽtiã: z invocabitis me z venietis et
orabitis me et ego exaudiã vos: que-
retis me z invenietis. Cum quesieris
me in toto corde vestro: inuenian a vo-
bis ait dñs. Et reducã captiuitatem
vestrã: et cõgregabo vos de vniuersis
gentibus z de cũctis locis ad que expulsi
vos dixit dñs. Et reuerti vos faciã de
loco ad quẽ transmigrare vos fecisti
dixit dñs. Suscitauit nobis dominus

prophetas in babilone. Quia hec di-
cit dñs ad regem q̃ sedet sup solium da-
uid z ad omnẽ plm habitatorem ur-
bis huius: ad fratres vestros qui non
sunt egressi vobiscũ in trãsmigrationẽ.
Hec dicit dñs exercituũ. Ecce mittã in
eos gladiũ et famẽ et pestem: et ponã
eos quasi ficus malas q̃ comedi non
possunt eo q̃ pessime sunt: et persequar
eos in gladio et in fame et in pestilen-
tia. Et dabo eos in vexationẽ vniuer-
sis regnis terre in maledictionem z in
stuporem z in sibilũ z in opprobrium
cũctis gentibus ad quas ego eieci eos:
eo q̃ non audierunt verba mea dicit
dñs que misi ad eos per seruos meos
prophetas de nocte cõsurgens et mit-
tens: et non auditis dicit dñs. Vos
ergo audite verbũ dñi omnis trãsmi-
gratio quã emisi de ierusalẽ in babi-
lonẽ. Hec dicit dñs exercituũ deus israhel
ad achab filiũ cholie z ad sedechiã fili-
um maasie qui phetant vobis i no-
mine meo mendacium. Ecce ego tradã
eos in manus nabuchodonosor re-
gis babilonis: et percutiet eos i oculis
vestris. Et assumetur ex eis maledictio
omni trãsmigrationi iude que est i ba-
bilone dicentũ. Ponat te dominus sicut
sedechiam z sicut achab quos frixit rex
babilonis in igne: pro eo q̃ fecerint
stultitiam in israhel et mechati sunt in
vxores amicorũ suorũ: et locuti sunt
verbũ in nomine meo mendacium qd̃
non mãdaui eis. Ego sum iudex et te-
stis dicit dñs. Et ad semaiã neclamiten
dices. Hec dicit dñs exercituũ deus
israhel. Pro eo q̃ misisti in nomine meo
libros ad omnẽ plm qui ẽ in ierusa-
lem et ad sophoniã filiũ maasie sacerdotẽ
et ad vniuersos sacerdotes dicens: do-
minus dedit te sacerdotem p ioiade
sacerdote ut sis dux in domo domini
sup omnẽ virũ arreptitiũ z phetantẽ
ut mittas eum in nerũ et in carcerem.
Et nũc quare non increpasti ieremi-
am anathotitem qui phetat vobis?
Quia sup hoc misit in babilonem ad
nos dicens. Longũ ẽ: edificate domos
et habitate: et plãtate ortos z comedi-
te fructus eorũ. Legit ergo sophonias
sacerdos libri istũ in auribus ieremie
prophete. Et factum est verbũ dñi ad
ieremiam dicens. Mitte ad omnem
trãsmigrationẽ dicens. Hec dicit dñs
ad semaiã neclamiten. Pro eo q̃ pro-
phetauit vobis semaias et ego nõ mi-
si eũ: z fecit vos cõfidere in mendacio:
idcirco hec dicit dñs. Ecce ego visita-
bo sup semaiam neclamiten z super se-
men eius. Nõ erit ei vir sedens i medio
plũ huius: et non videbit bonũ qd̃ ego
faciã plo meo ait dñs: quia p̃uaricatio
locutus ẽ adversus dñm. LIX

Hoc verbũ qd̃ factũ est ad ieremi-
am a dño dicens. Hec dicit do-
minus deus israhel dicens. Scribe tibi
omnia verba que locutus sum ad te in
libro. Ecce enim dies veniũt dicit dñs: z
cõuertã conuersionẽ plũ mei israhel et
iuda ait dñs: et cõuertã eos ad terrã
quã dedi patribus eorũ et possidebũt eã.
Et hec verba que locutus est dñs ad israhel
et iudã: quoniã hec dicit dñs. Vocem
terroris audiuimus: timoris: z nõ ẽ pax.
Interrogate z videte si generat masculus.
Quare ergo vidi omnis vir manus
supra lumbũ suũ quasi parturiẽtis?
Et cõuersi sunt omnes facies eorũ in
auruginẽ. Ve quia magna dies illa
nec est similis eĩ: tempus tribulationis
est iacob: et ex ipo saluabitur. Et erit:
in die illa ait dñs exercituũ conteram
iugũ eius de collo tuo: z vincula eius

dirumpã. Et nõ dñabunt ei amplius alieni: sed seruient dño deo suo: et
dauid regi suo quẽ suscitabo. Tu ergo
ne timeas serue meus iacob ait dñs: neq;
pauras israhel: qã ecce ego saluabo
te de terra longinqua et semẽ tuũ de ter-
ra captiuitatis eorũ. Et reuerte iacob
et quiescet: et ditatis affluet bonis: et
non erit qui eum timidat: quoniã tecũ ego
sũ ait dñs ut saluẽ te. Facã enĩ consu-
mationẽ in cũctis gentibus ĩ quibus
dispersi te: te aũt non faciã ĩ cõsumati-
onem: sed castigabo te ĩ iudicio ut nõ
ubi uideris innocuus: quia hec dicit
dñs. Insanabilis fractura tua: pessi-
ma plaga tua. Non ẽ qui iudicet iu-
dicũ tuũ: ad alligandã curationem
tuã utilitas non est tibi. Omnes amato-
res tui oblti sunt tui: teq; non quo-
rent. Plaga enĩ inimici percussi te: castig-
atione crudeli. Propter multitudinẽ
iniquitatis tue dura facta sunt peccata
tua. Quid clamas super cõtritione tua:
Insanabilis est dolor tuus. Propter
multitudinẽ iniquitatis tue ꝛ dura pec-
cata tua fecĩ hec tibi. Propterea dñs
qui comedũt te deuorabunt: et uniuer-
si hostes tui in captiuitatẽ ducent. Et
omnes qui te uastant uastabũtur: cun-
cti qui te predantur predabo in prdam.
Obducã enĩ cicatricem tibi: et a uulne-
ribus tuis sanabo te dicit dñs. Quia
eiectam uocauerũt te ĩ sion: hec est que
non habebat requirentem. Hec dicit
dñs. Ecce ego conuertam cõtectionẽ ta-
bernaculorũ iacob: ꝛ tecta eius misere-
bor. Et edificabit ciuitas i excelso suo:
et templũ iuxta ordinẽ suũ fundabit.
Et egredietur de eis laus uocis ludẽ-
tiũ: ꝛ multiplicabo eos ꝛ nõ minuent:
et glorificabo eos et nõ attenuabunt:
et erunt filij eĩ sicut a principio: ꝛ cet⁹
eius coram me permanebit. Et uisitabo
aduersum omnes qui tribulant eos: et
erit dux eius ex eo ꝛ princeps de medio
eĩ egredetur. Et applicabo eũ: et ac-
det ad me. Quis enĩ iste est qui appli-
cet cor suũ: ut appropinquet michi ait
dñs? Et eritis michi in plm: ꝛ ego eri
vobis in deũ. Ecce turbo dñi furor e-
gredietur: procella ruens in capite impi-
orũ cõquiescet. Non auertet irã indi-
gnationis dñi: donec faciat et cõple-
at cogitationẽ cordis sui. In nouissi-
mo dierum intelligetis eã. xxx

In tempore illo dicit dñs ero deus omni-
bus cognationibus israel: et ipsi erũt mi-
chi i plm. Hec dicit dominus. Inuenit
gratiã in deserto plus qui remãsit
gladio. Vadet ad requiẽ suã israhel.
Longe dñs apparuit michi. Et in cari-
tate perpetua dilexi te: ideo attraxi te mi-
serãs. Iterumq; edificabo te: ꝛ edifica-
beris virgo israhel. Adhuc ornaberis
tympanis tuis: ꝛ egredieris in choro
ludentiũ. Adhuc plãtabis vineas in
montibus samarie. Plantabit plan-
tantes: et donec tempus veniat non
vindemiabunt: quia erit dies in qua
clamabũt custodes in monte ephraim.
Surgite et ascendamus in sion ad do-
minũ dũ nostrũ: quia hec dicit dñs.
Exultate ĩ letitia iacob: et hinnite con-
tra caput gentiũ: plorate et canite: et
dicite. Salua dñe plm tuũ reliquias
israhel. Ecce ego adducã eos de terra
aquilonis: ꝛ congregabo eos ab extre-
mis terre: inter quos erit cec⁹ ꝛ claudus
et pregnãs et parĩs simul et magno
reuertentiũ huc. In fletu venient: et in
precibus reducã eos. Et adducam eos
per torrentes aquarũ in via recta et nõ
impingẽt in ea: qã factus sum israheli
pater: et ephraim primogenitus meus ẽ.

Audite uerbũ dñi gẽtes: ꝛ annũciate
in insulis que procul sunt: ꝛ dicite. Qui
dispersit israhel cõgregabit eũ: ꝛ custodi-
et eum sicut pastor gregẽ suũ. Redimet
enim dñs iacob: ꝛ liberabit eũ de ma-
nu potentioris. Et venient ꝛ laudabũt
in monte sion: ꝛ cõfluent ad bona dñi
super frumento ꝛ uino ꝛ oleo ꝛ fetu pe-
cuum et armentorũ: erit anima eorũ sicut
ortus irriguus: et ultra non esurient.
Tũc letabit virgo in choro: iuuenes
et senes simul. Et cõuertã luctũ eorũ in
gaudiũ: ꝛ cõsolabor eos: ꝛ letificabo
a dolore suo. Et inebriabo animã sa-
cerdotũ pinguedine: ꝛ populus meus bonis
meis adimplebit ait dñs. Hec dicit
dñs. Vox in excelso audita est lamen-
tationis luctus ꝛ fletus: rachel plorans
filios suos: ꝛ noluit consolari super
eis: quia non sunt. Hec dicit dñs.
Quiescat vox tua a ploratu et oculi tui
a lacrimis: quia est merces operi tuo
ait dñs. Et reuertent de terra inimici:
et est spes nouissimis tuis ait dominus:
et reuertent filij tui ad terminos suos.
Audiens audiui ephraim mãsuetũ
me. Castigasti me dñe: et eruditus
sum sicut iuuenculus indomitus. Cõuer-
te me ꝛ reuertar: quia tu dñs deus meus.
Postq; enĩ cõuersus sum egi penitentiam:
ꝛ postq; ostensus sum michi percussi fe-
mur meũ. Cõfusus sum ꝛ erubui: quo-
niam sustinui opprobrium adolescen-
tie mee. Si filius honorabilis michi
ephraim: si puer delicatus: quia ex quo
locutus sum de eo adhuc recordabor
eius. Ideo conturbata sunt uisera
mea super eũ: miserãs miserabor eius
ait dñs. Statue tibi speculã: pone tibi
amaritudines. Dirige cor tuũ in viã
rectã: in qua ambulasti. Reuertere virgo
israel: reuertere ad ciuitates tuas istas.
Vsq; quo delicijs diffluentis filia va-
ga? Quia creauit dñs nouũ super terrã:
femina circũdabit virũ. Hec dicit dñs
exercituũ deus israel. Adhuc dicent ver-
bum istud in terra iuda et in urbibus
eius: cũ conuertero captiuitatem eorũ. Be-
nedicat tibi dominus pulcritudo iustitie
mons sanctus. Et habitabunt in eo
iudas et omnes ciuitates eius simul agri-
cole et minãtes greges: quia inebriaui
animã lassam: ꝛ omnẽ animã esuri-
entem saturaui. Idcirco quasi de somno
suscitatus sum ꝛ uidi: et somnus me⁹
dulcis michi. Ecce dies uenient dicit
dñs: ꝛ seminabo domũ iuda ꝛ domũ
israhel semine hominis et semine iu-
mentorũ. Et sicut uigilaui super eos ut
euellerem et demolierer et dissiparem et
disperderem et affligerem: sic uigilabo
super eos ut edificem et plantem ait do-
minus. In diebus illis non dicent ul-
tra: patres comederũt uuam acerbam
et dentes filiorũ obstupuerũt: sed unus-
quisq; i iniquitate sua morietur. Omnis
homo qui comederit uuam acerbam:
obstupescent dentes eius. Ecce dies ue-
nient dicit dñs: et feriam domũ israel et
domũ iuda fedus nouũ. Non secũdũ
pactũ q̃ pepigi cũ patribus eorũ in die
qua apprehendi manũ eorũ ut educerem
eos de terra egypti: pactũ q̃ irritũ fecerũt
ꝛ ego dominatus sum eorũ dicit do-
minus: sed hoc erit pactũ q̃ feriã cũ domũ
israhel. Post dies illos dicit dñs
dabo legem meã in uisceribus eorũ: ꝛ in
corde eorũ scribã eã: et ero eis in deũ: et
ipsi erũt michi i plm. Et nõ docebit ul-
tra uir proximũ suũ: ꝛ uir fratrem suum
dicens: cognosce dñm. Omnes enĩ co-
gnoscent me a minimo eorũ usq; ad
maximũ ait dñs: quia propitiabor iniq-
uitati eorũ ꝛ peccati eorũ nõ ero memor

amplius. Hec dicit dñs qui dat solem
in lumine diei: ordinē lune ⁊ stellarū i
lumine nocis: ⁊ turbat mare ⁊ sonāt
fluctus eius: dñs exercituū nomen illi.
Si defecerint leges iste coram me dicit
dñs: nunc ⁊ semen israel deficiet ut non
sit gēs coram me cūctis diebus. Hec dicit
dñs. Si mensurari possint celi sursū
et inuestigari fundamenta terre deor-
sum: ⁊ ego abiciā uniuersum semē israel
propter omnia que fecerūt dicit dñs.
Ecce dies veniunt dicit dñs: ⁊ ædificā-
bit ciuitas dño a turre ananehel usq;
ad portam ãguli. Et egbit ultra nor-
ma mensure in colpedu eius sup colle
garob: ⁊ circuibit goatha ⁊ omne val-
lem cadauerū ⁊ cineres ⁊ uniuersam re-
gionē mortis usq; ad torrentē cedron
et usq; ad angulū porte equorū orien-
talis. Sanctū dñi non euellet: et non
destruetur ultra in eternū.

xxxij

Verbū q̄ factū est ad ieremiam
a dño in anno decimo sedechie
regis iuda: ipse est annus octauus de-
nimus nabuchodonosor. Tunc exerci-
tus regis babilonis obsidebat ierusa-
lem: et ieremias ꝓpheta erat clausus in a-
rio carceris q̄ erat in domo regis iuda
Clauserat eū sedechias rex iuda di-
cens. Quare uaticinaris dicens hec
dicit dominus. ecce ego dabo ciuitatem
istam in manus regis babilonis ⁊ ca-
piet eā: et sedechias rex iuda nō effugi-
et de manu caldeorū sed tradetur i ma-
nus regis babilonis ⁊ loquetur cum
faciam de longinquo: ⁊ semen tuū de
terra captiuitatis tue. Et reuertetur ia
cob ⁊ requiescet ⁊ ꝑpherabitur: ⁊ non
erit qui exterreat eum. Et tu noli timere
serue meus iacob air dñs quia tecum
ego sum: q̄a ego cōsumā cūctas gen
tes ad quas eieci te. Te vero nō consu
mam: sed castigabo te in iudicio: nec
quasi innocenti parcā tibi. rlvii

Quod factū est verbū dñi ad ihre
mia ꝑpham contra palestinos:
antq; percutiat pharao gazam. Hec
dicit dñs. Ecce aque ascendunt ab a
quilone ⁊ erūt quasi torrēs inundās:
et operient terrā et plenitudinem eius:
urbem et habitatores eius. Clamabūt
homines et ululabūt omnes habitatores

tere a strepitu pompe armoꝝ et bellatoꝝ eius: a cõmotione quadrigarꝝ eiꝰ: et multitudine rotarꝝ illius. Non respexerunt patres filios manibus dissolutis. p aduentu diei in quo vastabuntur omnes philistijm: et disperdetur vrus z hydon tum omnibus reliquis auxilijs suis. Depopulatus est enim dñs palestinos: reliquias insule cappadocie. Venit calutiũ sup gazam: contriuit ascalon: z reliqui valles earum usq; quo cõdideris? O murro dñi: usq; quo non quiescis? Ingredere in vaginam tuã: recolligere z sile. Quomodo quiescet cum dñs precepit ei: adversus ascalonẽ et aduersũ maritimas eiꝰ regiones: ibiq; cõdixerit illis?

xlviij

Ad moab. Hec dicit dñs exercituũ deus israhel. Ve sup nabo: quũ vastata est z confusa. Capta est cariathaim: confusa est forte z contrita. Non est ultra exultatio in moab: contra esebon cogitauerũt malũ. Venite et disperdam eam de gente. Ergo siles conticesce: sequeteꝝ te gladi?. Vox clamoris de oronaim: vastitas et contritio magna. Contrita est moab: annũciate clamorem parvulis eius. Per aceruum enim luith plorans ascendet in fletu: quoniam in descensu oronaim hostes vlulatũ contritionis audierũt. Fugite: saluate animas vrãas: et erits quasi myrice in deserto. Pro eo quod v habuisti fiduciã in munitionibus tuis z in thesauris tuis: tu q; capieris. Et ibit chamos in transmigrationẽ: sacerdotes eius z principes eiꝰ simul. Et veniet vastator ad vnamquamq; vrbẽ: et vrbs nulla saluabitur. Et peribũt valles: z disperdabuntur campestria: quoniã dixit dñs. Date floren moab: quia florens egredietur: et ciuitates eius deserte erũt et inhabitabiles. Maledictus qui facit opus dñi fraudulenter: z maledictus qui prohibet gladium suũ a sanguine. Fertilis fuit moab ab adolescentia sua: z requiuit in fecibus suis. Nec translatus est de vase in vas: z in transmigrationẽ non abijt. Idcirco ymansit gustus eius in eo: et odor eiꝰ nõ est immutatus. Properate dies veniunt dicit dñs: z mittam eis ordinatores et stratores laguncularꝝ z effundent eum: z vasa eius exhaurient z lagunculas eorꝝ collident. Et confundetur moab a chamos: sicut confusa est domus israhel a bethel in qua habebat fiduciã. Quomõ dicitis fortes sumus: z viri robusti ad pliandum? Vastata est moab: z ciuitates illius succenderũt: z electi iuuenes eiꝰ descenderũt in occisionẽ ait rex: dñs exercituũ nomẽ eius. Prope est interitus moab ut veniat: z malũ eiꝰ velociter accurrit nimis. Consolamini eũ omnes qui estis in circuitu eiꝰ: et universi q; scitis nomẽ eiꝰ dicite. Quomodo contracta est virga fortis: baculus gloriosus? Descende de gloria: et sede in siti habitatrix filie dibon: quoniam vastator moab ascendit ad te: dissipabit munitiones tuas. In via sta: et speculare habitatrix aroer. Interroga fugientem: et eũ q; euasit. Dic. Quid accidit? Confusus ẽ moab: quoniã victus ẽ. Vlulate et clamate: annũciate in arnon quoniã vastata ẽ moab: z iudiciũ venit ad terrã campestrem sup elon et sup iasa z sup mefaat z sup dibon z sup nabo et sup domũ deblathaim z sup cariathaim et sup bethgamul et sup bethmaon et sup carioth et super bosra z sup omnes ciuitates terre moab que longe z prope sunt. Abscisum ẽ

cornu moab: et brachiũ eius conteritur ait dñs. Inebriate eum quoniam contra dñm erectus est. Et allidet manum moab in vomitu suo: z erit in derisum etiam ipe. Fuit enim in derisum tibi israhel: nũ inter fures repertus es eũ. Propter verba ergo tua que adversũ illũ locutus es rapiuus ducetis. Relinquite ciuitates z habitate in petra habitatores moab: z estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. Audiuimꝰ superbiã moab. Superbus est valde. Sublimitatem eiꝰ et arroganciã z superbiã et elatudinẽ cordis eiꝰ ego scio ait dñs. Iactantiam eius et q; non sit iusta cã virtus eiꝰ: nec iusta quod potuit conata sit facere. Ideo super moab vlulabo: z ad moab universã clamabo z ad viros muri fictilis lamentabor. De plãctu iazer plorabo tibi vinea sabama. Propagines tue trãsierũt mare: usq; ad mare iazer pueruerũt. Super vindemiã tuã et vindemiã tuã ꝓdo irruit. Ablata est letitia et exultatio de carmelo et de terra moab: et vinũ de torcularibus sustuli. Et quasi calcator vue solium celeuma cantabit. De clamore esebon usq; eleale z iasa dederũt vocẽ suã: a segor usq; ad oronaim vitulã cõtrectationis aque vero nemirim psiuse erũt. Et auferam de moab aie dñs offerentem in excelso: z sacrificantem dijs eius. Propterea cor meũ ad moab quasi tibia ceris resonabit: z cor meũ ad viros muri fictilis dabit sonitũ tibiarꝝ ꝗa plus fecit q; potuit: idcirco pererit. Omne enim caput calutiũ: z omnis barba rasa erit. In cũctis manibus colligatio: et super omne dorsum cilicii. Et super omnia tecta moab et in plateis eius omnis plãctus: quoniã contriui moab sicut vas inutile ait dñs. Quomodo vlulata est et vlulauerũt? Quomodo dederit cervicem moab z cõfusus ẽ? Erit ergo moab in derisum: z in exemplum omnibus in circuitu suo. Hec dicit dñs. Ecce quasi aquila volabit: z extendet alas suas ad moab. Capta est carioth: z munitiones cõprehense sũt. Et erit cor fortium moab: in die illa sicut cor mulieris parturientis. Et cessabit moab esse ꝓplus: quoniã contra dñm gloriatus est. Pauor z fouea z laqueus sup te o habitator moab ait dñs. Qui fugerit a facie pauoris cadet in fouea: et qui conscenderit de fouea capietur laqueo. Adducam enim sup moab annũ visitationis eorꝝ dicit dominus. In vmbra esebon steterũt de laqueo fugientes: quia ignis egressus est de esebon z flãma de medio seon: z deuorauit partem moab z verticem filiorꝝ tumultus. Ve tibi moab. Periisti ꝓle chamos: quia comprehensi sunt filij tui et filie tue in captiuitatem. Et conuertam captiuitatem moab in nouissimis diebus ait dominus. Hucusq; iudicia moab.

xlix

Ad filios ammon. Hec dicit dñs. Numquid non filij non sunt israhel an heres non est ei? Cur ergo hereditate possedit melchon gad z ꝓplus eius in vrbibus eius habitauit? Ideo ecce dies veniũt in te dicit dñs: z auditum faciã sup rabbath filiorũ ammon bellũ filij. Et erit in tumulũ dissipata: filieq; eiꝰ igni succendentur: z possidebit israhel possessores suos ait dominus. Vlula esebon: quoniã vastata est hai. Clamate filie rabbath: accingite vos cilicijs. Plangite z circuire ꝑ sepes: quoniã melchon in trãsmigrationẽ ducetur: sacerdotes eius et

principes eius simul. Quid gloriaris
in vallibus? Defluxit vallis tua filia
delicata: que confidebas in thesauris
tuis: z dicebas. Quis veniet ad me?
Ecce ego inducam super te timorem ait
dñs deus exercituū ab omnibus qui
sunt in circuitu tuo: z disperganimi sin-
guli a cōspectu vestro: nec erit qui con-
greget fugientes. Et post hec reuerti fa-
ciā fugientes z captiuos filios amon
ait dñs. Ad ydumeā. Hec dicit dñs
exercituū. Numquid non vltra est sapi-
entia in theman? Periit consilium a fi-
lijs. Inuilis facta est sapientia eorū.
Fugite et erga vertite: descendite in vo-
ra gueni habitatores dedan: quoniā
vbtitionē eius adduxi super eum: tempo
visitationis eius. Si vindemiatores
eius venissent super te non reliquissent
racemū: si fures in nocte: rapuissent q
sufficere sibi. Ego vero discooperui e-
lau: reuelaui abscondita eius z celari
non potest. Vastatū est semē eius z fra-
tres eius z vicini eius: z nō erit. Relinque
pupillos tuos z ego faciā illos viue-
re: z vidue tue in me sperabūt: qa hec di-
cit dñs. Ecce quidz nō erat iudicū ut
biberent calicem bibentes biberis: z tu
quasi innocens relinqueris? Non e-
ris innocens: sed bibens bibes. Quia
p memetipm iurauī dicit dñs: q in so-
litudinē z in opprobriū et in delectum
et in maledictionē erit bosra: z omnes
ciuitates eius erit in solitudines sempi-
ternas. Auditū audiui a dño: et le-
gatus ad gentes missus sum. Cōgre-
gamini z venite contra eam: z cōsur-
gamus in pliū. Ecce enim paruulum
dedi te in gentibus: cōtemptibile inter
homines. Arrogantia tua decepit te
et superbia cordis tui: qui habitas i ca-
uernis petre: et apprehendere niteris
altitudinē collis. Cum exaltaueris sicut
aquila nidum tuū: inde detrahā te di-
cit dñs. Et erit ydumea deserta. Omnis
qui transibit per eam stupebit: z sibila-
bit super omnes plagas eius: sicut sub-
uersa est zodoma z gomorra z vicine
eius ait dñs. Non habitabit ibi vir:
et non incolet eam filius hominis. Ec-
ce quasi leo ascendet de superbia iorda-
nis ad pulcitudinē robustam: quia
subito currere faciā eum ab illā. Et qs
erit electus quē ponam ei? Quis est si-
milis mei. Et quis sustinebit me? Et
quis est iste pastor qui resistat vultui
meo? Propterea audite cōsiliū dñi qd
iniit de edom: z cogitationes eius quas
cogitauit de habitatoribus theman.
Si nō deiecerint eos paruuli gregis:
nisi diripuerint eum eis habitaculū
eorū. A voce ruine eorū cōmota e terra:
clamor in mari rubro audius est vo-
ris eius. Ecce quasi aquila ascendet: z
euolabit et expandet alas suas super
bosram. Et erit cor fortū ydumee in
die illa: quasi cor mulieris parturien-
tis. Ad damascū. Confusa est mach
et arfath: quia audiū pessimū audie-
runt. Turbati sunt in mari pre solici-
tudine: quiescere non potuit. Dissolu-
ta est damascus: versa est in fugā: re-
mor apprehdit eam. Angustia z do-
lores tenuerūt eam: quasi parturienti.
Quomodo dereliquerit ciuitatem lau-
dabilem: vrbem letitie? Ideo cadent
iuuenes eius in plateis eius: et omnes
viri pliij cōticiscent in die illa ait dñs
exercituū. Et succendā ignem in muro
damasci: z deuorabit menia benadab.
Ad cedar et ad regna asor: q percussit
nabuchodonosor rex babilonis. Hec di-
cit dñs. Surgite z ascendite ad cedar:
et vastate filios oriens. Tabernacula

eorū z greges eorū rapient: pelles eorū
et omnia vasa eorū z camelos eorū col-
lent sibi: et vocabūt super eos formidi-
nem in circuitu eius. Fugite: abire ve-
hementer: in voraginibus sedere qui
habitatis asor ait dñs. Quia ceū con-
tra vos nabuchodonosor rex babilo-
nis consilium: z cogitauit aduersus
vos cogitationes. Consurgite z asce-
dite ad gentem quietam: z habitatem
confidenter ait dñs. Non ostia nec
vectes eis soli habitabūt. Et erūt ca-
meli eorū in direptionē: et multitudo
iumentorū in pdam z disperga eos in
omnē ventum qui sunt attonsi in co-
mam: et ex omni confinio eorū adduc-
am interitū super eos ait dñs. Et erit
asor in habitaculū draconū: deserta
usq in eternū. Non manebit ibi vir:
nec incolet eam filius hominis. Qd
factū est verbū dñi ad hieremiā pphe-
tam adūsus elam in principio regni
sedechie regis iuda dicens. Hec dicit
dñs exercituū. Ecce ego confringā ar-
cum elam z summā fortitudinē eorū: z in-
ducam super elam quatuor ventos a
quatuor plagis celi: et ventilabo eos
in omes ventos istos: z nō erit gens
ad quā non perueniat pfugi elam. Et
pauere faciā elam coram inimicis suis:
et i cōspectu querentū animā eorū. Et ad-
ducā super eos malū: irā furoris mei
dicit dñs. Et mittā post eos gladiū
donec cōsumā eos: z ponā solū meū i
elam: z pdā inde reges et principes ait
dñs. In nouissimis aūt diebus reūti fa-
ciam captiuos elam dicit dñs.

Verbū qd locutus est domin? de
babilone et de terra caldeoꝝ: in
manu hieremie pphete. Annūciate in
gentibus z auditum facite. Leuate si-
gnum: pdicate: z nolite celare. Dicite.
Capta est babilon: confusus est bel:
victus est marodach. Confusa sunt
omnia sculpalia eorū: superata sunt
ydola eorū. Quoniā ascendet contra e-
am gens ab aquilone: que ponet terā
eius in solitudinem: z non erit q
habitet in ea ab homine usq; ad pec.
Et mon sunt: z abierūt. In diebus i-
lis z in tempore illo ait dñs: venient
filij israhel ipi: z filij iuda simul. Am-
bulanes z flentes pgrabunt: z dñm
deum suū querent. In hon interroga-
bunt viam: huc facies eorū venient: et
apponēt ad dñm federe sempiterno
quod nulla obliuione delebit. Oues
pdius factus est pplus meus: pastores
eorū seduxerūt eos: feceruntq; vagari in
montibus. De monte in collem transi-
erunt: oblisi sunt cubilis sui. Omes q
inuenerūt comedebāt eos: z hostes eo-
rum dixerūt. Non peccauimus: p eo
q peccauerunt dño decori iustitie: et
expectatori patrū eorū dño. Recedi-
te de medio babilonis: de terra calde-
orū egredimini: z estote quasi hedi an-
te greges. Quoniā ecce ego suscitabo
et adducam in babilonē congregati-
onem gentiū magnarū de terra babi-
lonis: z pparabūt aduersus eam: z
inde capiet. Sagitta eius quasi vi-
ri fortis interfectorus: non reuertetur
vacua. Et erit caldea in pdam: omes
vastantes eam replebūtur ait dominus.
Quoniā exultatis z magna loquimi-
ni diripientes hereditatem meā: quo-
niam effusi estis sicut vitulī super herbā:
et mugitis sicut tauri. Confusa est
mater vsa nimis: z adeuacata pulueri
q genuit vos. Ecce nouissima erit in
gentibus: deserta z sicca et arens ab ira dñi.
Non inhabitabit: sed redigetur tota in
solitudinem. Omnis qui transibit per

babilonē stupebit: ⁊ sibilabit sup uniuersis plagis eius. Preparamini contra babilonem p circuitū. Omnes qui intenditis arcum debellate eam: non parcatis iaculis: quia dño peccauit. Clamate aduersus eam. Vbiq; dedit manū. Ceciderūt fundamenta eius: destructi sunt muri eius: quoniam vltio domini est. Vltionē accipite de ea. Sicut fecit: facite ei. Disp̃gite satorem de babilone: ⁊ tenentem falcem in tp̃ore messis a facie gladij columbe. Vnusquisq; ad ꝓprium suū conuertetur: ⁊ singuli ad terram suā fugient. Oues disp̃sus israhel: leones eiecerūt eum. Primus comedit eum rex assur: iste nouissimus ꝗ̃ossauit eum nabuchodonosor rex babilonis. Propterea hec dicit dñs exercituū deus israhel. Ecce ego visitabo regem babilonis ⁊ terram eius sicut visitaui regem assur: ⁊ reducam israhel ad habitaculū suū. Et pascetur carmelus ⁊ basan: ⁊ in mōte ephraim ⁊ galaad satiabitur anima eius. In diebus illis ⁊ in tempore illo ait dñs querētur iniquitas israhel ⁊ non erit: ⁊ peccatū iuda ⁊ non inuenietur: quoniā ꝓpitio ero eis quos reliquero. Sup terrā dominantū ascende: ⁊ sup habitatores eius vlta. Disp̃sa ⁊ interfice que post eos sunt ait dñs: ⁊ fac iuxta omnia que ꝓcepi tibi. Vox belli in terra: ⁊ contritio magna. Quomō confractus est et contritus malleus universe terre? Quomodo versa est in desertū babilon in gentibus? Illaqueaui te ⁊ rapta es babilon ⁊ nesciebas: inuenta es ⁊ apprehensa: quoniā dñm ꝓuocasti. Aperuit dñs thesaurū suū et ꝓtulit vasa ire sue: quoniā opus ē dño deo exercituū in terra caldeoꝝ. Venite ad eam ab extremis terre finibus: aperite ut egrediant qui conculcent eā. Tollite de via lapides ⁊ redigite in acerues ⁊ interficite eam: nec sit quicq̃ reliquū. Disp̃gite universos fores eius: deseendant in occisionē. Ve eis quia venit dies eorū: tempus visitationis eorū. Vox fugientū et eorū qui euaserūt de terra babilonis: ut annūcient in sion vltionē dñi dei nostri: vltionē templi eius. Annūciate in babilone plurimis: omnibus qui tendūt arcum. Consistite adūsus eam ꝓ gyrum: et nullus euadat. Reddite ei secūdū opus suū: iuxta omnia que fecit facite illi: quia contra dñm erecta est: aduersum sanctū israhel. Idcirco cadent iuuenes eius in platis eius: ⁊ omnes viri bellatores eius conticescent in die illa ait dñs. Ecce ego ad te sup̃be dicit dñs deus exercituū: quia venit dies tuus: tempus visitationis tue. Et cadet sup̃bus ⁊ corruet: et non erit qui suscitet eum. Et succendā ignē in vrbibus eius: ⁊ deuorabit omnia in circuitu eius. Hec dicit dñs exercituū. Calumniā sustinent filij israhel et filij iuda simul. Omnes qui ceperūt eos tenent: nolūt dimittere eos. Redemptor eorū fortis: dñs exercituū nomē eius. Iudicio defendet causam eorū: ut egrediat terrā ⁊ cōmoueat habitatores babilonis. Gladius ad caldeos ait dñs: et ad habitatores babilonis ⁊ ad principes ⁊ ad sapientes eius. Gladius ad diuinos eius: qui stulti erunt. Gladius ad fortes illius: qui timebūt. Gladius ad equos eius ⁊ ad currus eius ⁊ ad omne vulgus eius qd̃ est in medio eius: et erit quasi mulieres. Gladius ad thesauros eius: q̃ diripientur. Siccitas sup aquas eius erit et arescent: quia terra sculptilū est: ⁊ in potentis: gloriant. Propter habitabūt dracones cum satiris strarijs: ⁊ habitabūt in ea struthones. Et non inhabitabitur vltra vsq; in sempiternū: nec egredietur vsq; ad generationē et generationem. Sicut subuertit dñs sodomam ⁊ gomorrā et vicinos eius: ait dñs. Non habitabit ibi vir: ⁊ non incolet eam filius hominis. Ecce ꝓlus veniet ab aquilone ⁊ gens magna: ⁊ reges magni consurgent a finibus terre. Arcū et scutum apprehendent: crudeles sunt et inmisericordes. Vox eorū quasi mare sonabit: et sup equos ascendent sicut vir paratus ad ꝓliū cōtra te filia babilonis. Audiuit rex babilonis famā eorū: ⁊ dissoluta sunt manus eius. Angustia apprehendit eum: dolor quasi parturientis. Ecce quasi leo ascendet de superbia iordanis ad pulcitudinē robustam: quia subito currere faciā eum ad illā. Et quis est electus? quē ꝓponam ei? Quis enim similis mei: ⁊ q̃s sustinebit me? Et quis ē iste pastor: q̃ resistat vultui meo? Propterea audite consiliū dei qd̃ mēte concepit adūsum babilonem: ⁊ cogitationes eius q̃s cogitauit sup terrā caldeoꝝ. Siqui deceperint eos paruuli gregū: nisi dissipatum fuerit cū ipsis habitaculū eorū. A voce capiuitatis babilonis cōmota ē terra: ⁊ clamor inter gentes audit ē.

Hec dicit dñs. Ecce ego suscitabo sup babilonē ⁊ sup habitatores eius q̃ erexerūt contra me quasi venti pestilentes: ⁊ mittam in babilonem ventilatores ⁊ ventilabunt eā. Et demolientur terrā eius: quoniam venerūt sup eam undiq; in die afflictionis eius. Non tendat qui tendit arcum suū: ⁊ non ascendat loricatus. Nolite parcere iuuenibus eius: interfite omnem militiā eius. Et cadent interfecti in terra caldeoꝝ: vulnerati in regionibus eius. Quoniā nō fuit viduatus israhel ⁊ iuda a dño deo suo: dño exercituū. Terra eōrū repleta est delicto a sancto israhel. Fugite de medio babilonis: ut saluet vnusquisq; animā suā. Nolite tacere sup iniquitatem eius: quoniā tempus vltionis est dño: vicissitudinē ipe reddet ei. Calix aureus babilon in manu dñi: inebriās omnē terrā. De vino eius biberūt gentes: ⁊ ideo cōmote sunt. Subito cecidit babilon: ⁊ contrita est. Vlulate sup eā: tollite resinā ad dolorem eius si forte sanetur. Curauimus babilonē: et non est sanata. Derelinquamus eā: ⁊ eamus vnusquisq; in terram suā. Quoniam peruenit vsq; ad celos iudicium eius: et eleuatū est vsq; ad nubes. Proculit dominus iustitias nostras: venite ⁊ narremus in sion opus dñi dei nostri. Acuite sagittas: ⁊ implete pharetras. Suscitauit dñs spiritū regū medoꝝ: ⁊ contra babilonē meus est: ut perdat eam. Quoniā vltio dñi ē: vltio templi sui. Super muros babilonis leuate signū: augete custodiā. Leuate custodes: ꝓparate insidias: q̃a cogitauit dñs et fecit quecunq; locutus est contra habitatores babilonis. Que habitas sup aqs multas locuples in thesauris: venit finis tuus: pedalis ꝓscissionis tue. Iurauit dñs exercituū per animā suam: quoniā repleb̃o te hominibus sicut brucho: ⁊ sup te celeuma cantabitur. Qui fecit terrā in fortitudine sua: ꝓparauit orbem in sapientia sua: et prudentia sua extendit celos. Dāt eo voces: multiplicant aque in celo. Qui leuat nubes ab extremo terre: fulgura i pluuiā fecit: ⁊ eduxit vētos de thesauris suis. Stultus factus est omnis homo a scientia:

confusus est omnis conflator in sculptili. Quia mendax est conflatio eorum: nec est spiritus in eis. Vana sunt opera et risu digna: in tempore visitationis suæ peribunt. Non sicut hæc pars iacob. Quia qui fecit omnia ipse est: et israhel sceptrum hereditatis eius: dominus exercituum nomen eius. Collidis tu mihi vasa belli: et ego collidam in te gentes: et disperdam in te regna. Collidam in te equum et ascensorem eius: et collidam in te currum et ascensorem eius. et collidam in te virum et mulierem. Et collidam in te senem et puerum: et collidam in te iuvenem et virginem. Et collidam in te pastorem et gregem eius: et collidam in te agricolam et iugales eius. Et collidam in te duces et magistratus: et reddam babilon et cunctis habitatoribus caldeorum omne malum suum quod fecerunt in sion in oculis vestris: ait dominus. Ecce ego ad te mons pestifer ait dominus: qui corrumpis universam terram. Et extendam manum meam super te et evolvam te de petris: et dabo te in montem combustionis. Et non tollam de te lapidem in angulum et lapidem in fundamentum: sed perpetuus in æternum eris ait dominus. Levate signum in terra: canite buccinam in nationibus. Sanctificate super eam gentes: annunciate contra illam regibus ararath menni et ascenez: nunciate contra eam captam. Adducite equum quasi bracchium aculeatum. Sanctificate contra eam gentes: reges medie-duces eorum et universos magistratus eius: contra eam terram potestatis eius. Et commovebitur terra et concurvabitur: quia evigilavit contra babilon cogitatio domini: ut ponat terram babilonis deserticam et inhabitabilem. Cessaverunt fortes babilonis a prelio: habitaverunt in firmitatibus. Denoratum est robur eorum: et facti sunt quasi mulieres. Incensa sunt tabernacula eius: contriti sunt vectes eius. Currens obviam occurrit veniet et nuncius obviam nunciare: ut annunciet regi babilonis quia capta est civitas eius a summo usque ad summum: et vada occupata sunt. Et paludes incensæ sunt igni: et viri bellatores conturbati sunt: quia hæc dicit dominus exercituum deus israhel. Filia babilonis quasi area: tempus triturae eius. Adhuc modicum: et veniet tempus messionis eius. Comedit me: vivoravit me nabuchodonosor rex babilonis. Reddidit me quasi vas inane. Absorbuit me quasi draco: replenti venter suum voluptatibus meis: et eiecit me. Iniquitas adversum me: et caro mea super babilon dicit habitator syon: et sanguis meus super habitatores caldee dicit hierusalem. Propterea hæc dicit dominus. Ecce ego iudicabo causam tuam: et ulciscar ultionem tuam. Et deserti faciam mare eius: et siccabo venam eius. Et erit babilon in tumulos: habitacula draconum stupor et sibilus: eo quod non sit habitator. Simul ut leones rugient: ejecerit comas velut catuli leonum. In calore eorum ponam potus eorum: et inebriabo eos ut soporentur et dormiant somnum sempiternum: et non consurgant dicit dominus. Deducam eos quasi agnos ad victimam: et quasi arietes cum hedis. Quomodo capta est sesach: et comprehensa est inclita universe terre? Quomodo facta est in stupor babilon inter gentes? Et ascendit super babilonem mare: multitudine fluctuum eius operta est. Facte sunt civitates eius in stuporem: terra inhabitabilis et deserta: terra in qua nullus habitet nec transiet per eam filius hominis. Et visitabo super bel in babilone: et educam quod absorbuerat de ore eius: et non

confluent ad eum ultra gentes. Siquidem et murus babilonis corruet. Egredimini de medio eius populus meus: et salvet unusquisque animam suam ab ira furoris domini. Et ne forte mollescat cor vestrum: et timeatis auditum qui audietur in terra. Et veniet in anno auditus: et post hunc annum auditus: et iniquitas in terra: et dominator super dominatorem. Propterea ecce dies veniunt: et visitabo super sculptilia babilonis: et omnis terra eius confundetur: et universi interfecti eius cadent in medio eius. Et laudabunt super babilonem cieli et terre et omnia quæ in eis sunt: quia ab aquilone veniet eis predones ait dominus. Et quomodo fecit babilon ut caderent occisi israhel: sic de babilone cadent occisi in universa terra. Qui fugistis gladium venite: nolite stare. Recordamini procul dominum: et hierusalem ascendat super cor vestrum. Confusi sumus: quoniam audivimus opprobrium. Operuit ignominia facies nostras: quoniam venerunt alienigene super sanctuaria domus domini. Propterea ecce dies veniunt ait dominus: et visitabo super sculptilia eius: et in omni terra eius ingemiet vulnerati. Si ascenderit babilon in celum et firmaverit in excelso robur suum: a me venient vastatores eius ait dominus. Vox clamoris de babilone: et contritio magna de terra caldeorum: quoniam vastavit dominus babilonem et perdidit ex ea vocem magnam: et sonabunt fluctus eorum sicut aque multe. Dedit sonitum vox eorum: quia venit super eam id est super babilonem predo. Et apprehensi sunt fortes eius: et contractum est arcus eorum: quia fortis ulor dominus redditus retribuet. Et inebriabo principes eius et sapientes eius: duces eius et magistratus eius et fortes eius. Et dormient somnum sempiternum: et non expergiscentur ait rex: dominus exercituum nomen eius. Hæc dicit dominus exercituum. Muros babilonis ille altissimus suffosione suffodietur: et porte eius excelse igne comburentur: et laborem populorum ad nihilum et gentes in ignem ceterent: et deficient. Verbum quod præcepit ieremias propheta saraye filio neri filii maasei: cum pergeret cum sedechia rege in babilonem: in anno quarto regni eius. Saraias autem erat princeps prophetie. Et scripsit ieremias omne malum quod venturum erat super babilonem in libro uno: omnia verba hæc que scripta sunt contra babilonem. Et dixit ieremias ad saraiam. Cum veneris in babilonem et videris et legeris omnia verba hæc dicens. Domine tu locutus es contra locum istum ut disperderes eum: ne sit qui in eo habitet ab homine usque ad pecus: et sit perpetua solitudo. Cumque completeris legere librum istum: ligabis ad eum lapidem et proicies illum in medium eufrates: et dices. Sic submergetur babilon: et non consurget a facie afflictionis quam ego adduco super eam: et dissolvetur. Hucusque verba ieremie. Lij

Filius viginti et unius anni erat sedechias cum regnare cepisset: et undecim annis regnavit in ierusalem. Et nomen matris eius amithal: filia ieremie de lobna. Et fecit malum in oculis domini iuxta omnia quæ fecerat ioachim: quoniam furor domini erat in ierusalem et in iuda usque quo ejecerit eos a facie sua. Et rebellavit sedechias a rege babilonis. Factum est autem in anno nono regni eius in mense decimo: decima die mensis venit nabuchodonosor rex babilonis ipse et omnis exercitus eius adversus ierusalem: et obsederunt eam: et edificaverunt contra eam munitiones in circuitu: et fuit civitas obsessa usque ad undecimum

annũ regni sedechie. ſMēſe aũt quarto
nona die mensis obtinuit fames ciui-
tatem: ⁊ non erãt alimenta plebi terre.
Et diruta ē ciuitas. et omnes viri bel-
latores eius fugerũt: egressiq; de ciui-
tate nocte per viam porte que est inter
duos muros et ducit ad hortũ regis.
Caldeis obsidentibus urbem in gyro:
et abierũt per viã que ducit in heremũ.
Persecutus est aũt caldeos exercitus re-
gem: ⁊ apprehenderũt sedechiã in deser-
to q̃d est iuxta iericho: ⁊ omnis comi-
tatus eius diffugit ab eo. Cumq; com-
prehendissent regem adduxerunt eum
ad regem babilonis in reblatha que
est in terra emath: et locutus est ad eũ
iudicia. Et iugulauit rex babilonis
filios sedechie in oculis eius: sed et o-
mnes principes iuda occidit in reblat-
ha. Et oculos sedechie eruit: et uinxit
eum in compedibus. Et adduxit eũ rex
babilonis in babilonem: et posuit eũ
in domo carceris usq; ad diẽ mortis
eius. In mense aũt quinto decima mẽ-
sis ipse est annus decimusnonus nabu-
chodonosor regis babilonis: uenit
nabuzardan princeps militie qui sta-
bat coram rege babilonis in ierusa-
lem: ⁊ incendit domũ domini et domũ
regis ⁊ omnes domos ierusalẽ ⁊ omnẽ
domũ magnã igni combussit: et to-
tum murũ ierusalem per circuitũ de-
struxit cunctus exercitus caldeorũ qui
erat cum magistro militie. De paupe-
ribus aũt plebis ⁊ de reliquo uulgo quod
remãserat in ciuitate et de perfugis q̃
transfugerant ad regem babilonis ⁊
reliquos de multitudine. transtulit na-
buzardan princeps militie: de paupe-
ribus uero terre reliquit nabuzardan
princeps militie uinitores ⁊ agricolas.
Columnas quoq; ereas que erant in
domo domini ⁊ basis et mare eureum
quod erat in domo domini confrege-
runt caldei: et tulerũt omne eis eoq; in
babilonẽ. Et lebetes et receptacula ⁊ psal-
tria ⁊ fialas ⁊ mortariola ⁊ cuia uasa
erea q̃ i ministerio fuerãt tulerũt: ⁊ uri-
as ⁊ thymiamateria ⁊ urceos ⁊ pluria ⁊
candelabra ⁊ mortaria ⁊ ouaos. Quod-
q̃ aurea aurea: ⁊ q̃q̃ argentea argentea.
Tulit magister militie columnas duas
⁊ mare unũ. et uitulos duodecim ereos q̃
erãt sub basibus: q̃s fecerat rex salomõ
in domo dñi. ſsũ erat pondus eis omn
vasorũ hm. De columnis aũt: de ⁊ octo
cubiti altitudinis erãt i columna una: ⁊
funiculus duodecim cubitorũ circuibat eã.
Porro grossitudo eius quinq; digitorũ:
et intrinsecus cauus erat: ⁊ capitella super
uerãt erea. Altitudo capitelli unius qui-
q̃ cubitorũ: ⁊ retiacula ⁊ malagranata
supra coronã in circuitũ: omnia erea.
Et fuerũt malagranata nonagintaseq;
depdentia: ⁊ omnia malagranata cir-
cum retiaculis circũdabãt. Et tulit ma-
gister militie saraiam sacerdotem pri-
mum: et sophoniã sacerdotẽ secũdũ:
⁊ tres custodes uestibuli. Et de ciuitate
tulit eunuchũ unũ q̃ erat ꝓpositus super u-
ros bellatores: et septẽ uiros de hijs q̃
uidebãt facie regis q̃ inuenti sũt in ciui-
tate: ⁊ scribã principẽ militiã q̃ ꝓbabat
tyrones: ⁊ sexagiũta uiros de populo terre
qui inuenti sũt i medio ciuitatis. Tulit
aũt eos nabuzardã magister militie:
et duxit eos ad regẽ babilonis i reblat-
ha. Et percussit eos rex babilonis: et in-
fecit eos i reblatha in terra emath. Et
trãslatus ē iuda de terra sua. Iste ē ꝓpls quẽ
trãstulit nabuchodonosor ãno septi-
mo: iudeos mia milia ⁊ uiginti tres. In ãno
octauo Nabuchodonosor trãstulit
de ierusalem aias octãgẽta tres iudeos.

In anno uicesimo tertio nabuchodo-
nosor transtulit nabuzardan magi-
ster militie animas iudeorũ septingen-
tas quadragita quinq. Omnes ergo
animę: quatuor milia sexcente. Et fa-
ctum est in uicesimo septimo ãno trãs-
migrationis ioachin regis iude duo-
decimo mense uicesima quinta mensis
eleuauit euilmerodach rex babilonis
ipso anno regni sui caput ioachin
regis iude. ⁊ eduxit eum de domo car-
ceris: et locutus est cum eo bona. Et po-
suit thronũ eius sup thronos regum
qui erant post se in babilonẽ: ⁊ muta-
uit uestimenta carceris eius: ⁊ comedi-
bat panem coram eo semp cunctis di-
ebus uite suę. Et cibaria eius cibaria perpe-
tua dabãtur ei a rege babilonis statuta
per singulos dies: usq; ad diẽ mortis
suę cunctis diebus uite eius. Gyphar
Iheremias propha: ꝓpiciũ lamentacõ
ites ea que eiusdẽ hebraice uiseribũt

Et factum ē postq̃ in
captiuitatẽ redactus
est israhel et ierusa-
lem deserta est: sedit
iheremias propheta
flens et plãxit lamẽ-
tatione hac in ierusalem: et amaro
animo suspirãs et eiulãs dixit.
Aleph. Quomodo sedet sola ciui-
tas plena populo. Facta est q̃si uidua do-
mina gentiũ: princeps prouiciarũ facta
est sub tributo. Beth. Plorans plora-
uit in nocte: et lacrime eius in maxillis
eius. ſNon est qui consoletur eam: ex
omnibus caris eius. Omnes amici
eius spreuerũt eã: et facti sunt ei inimici.
Gimel. ſMigrauit iudas ꝓter affli-
ctionẽ ⁊ multitudinẽ seruitutis. Habi-
tauit inter gentes: nec inuenit requiẽ.
Omnes persecutores eius apprehenderũt
eam inter angustias. Deleth. Viie lu-
gentes: eo q̃ non sunt qui ueniant
ad solemnitatem. Omnes porte eius
destructe: sacerdotes eius gementes. Vir-
gines eius squalide: et ipsa oppressa a
maritudine. He. Facti sunt hostes eius
in capite: ⁊ inimici eius locupletati sũt:
quia dñs locutus est super eã ꝓter multi-
tudinẽ iniquitatũ eius. Paruuli eius
ducti sunt in captiuitatem: ãte faciem
tribulãtis. Vau. Et egressus ē a filia
syon omnis decor eius. Facti sunt prin-
cipes eius uelut arietes non inuenientes
pascua: et abierunt absq; fortitudine
ante faciem sequentis. Zay. Re-
cordata est ierusalẽ dierũ afflictionis
suę: et preuaricationis omnium desidera-
bilium suorũ: que habuerat a diebus an-
tiquis: cum caderet populus eius i manu
hostili: ⁊ non esset auxiliator. Viderũt
eã hostes: ⁊ deriserũt sabbata eius. Heth.
Peccatũ peccauit ierusalẽ: propterea
instabilis facta est. Omnes qui glo-
rificabãt eam spreuerũt illã: quia uide-
runt ignominiã eius. Ipsa aũt gemẽs:
et conuersa retrorsum. Teth. Sordes
eius in pedibus eius: nec recordata est
finis sui. Deposita est uehementer: nõ
habens consolatorẽ. Vide domine
afflictionẽ meã: quoniã erectus est ini-
micus. Joth. ſManũ suã misit hostis
ad omnia desiderabilia eius: quia u-
dit gentes ingressas sanctuariũ suũ:
de quibus ꝓcepras ne intrarent in eccle-
siam tuã. Caph. Omnis populus eius
gemens: ⁊ querens panem. Dederunt
pciosa quq̃q; pro cibo: ad refocillãdã
animã. Vide domine et cõsidera: quã
facta sum uilis. Lamech. O uos omnes
qui transitis per uiam attendite et u-
dete: si est dolor sicut dolor meus. Quo-
niã uindemiauit me ut locutus est dñs:

in die ire furoris sui. Meem De excelso
misit ignem in ossibus meis: et erudiuit
me. Expandit retiq pedibus meis: con-
uertit me retrorsum. Posuit me deso-
latam: tota die merore confectā. Nun
Vigilauit iugū iniquitatū mearū in
manu eius: conuolute sunt et impos-
te collo meo. Infirmata ē virs mea:
dedit me dōs in manū de qua nō po-
tero surgere. Samech Abstulit omnes
magnificos meos dōs de medio mei:
vocauit aduersum me cōpus: ut cōte-
reret electos meos. Torular calcauit
dōs virgini filie iuda. Ayn Idcirco e-
go plorans et oculus meus deducens
aquas: quia longe factus est a me cō-
solator: conuertens animā meā. Facti
sunt filij mei pditi: quoniā inualuit
inimicus. Phe Expandit hon manus
suas: non est qui consoletur eā. Mandauit
dōs aduersum iacob: in circui-
tu eius ipsius eius. Facta est ihrlim ēsi pol-
luta menstruis inter eas. Sade Iustus
est dōs: quia os eius ad iracundiam
prouocaui. Audite obsecro uniuersi
pplī: et videte dolorem meū. Virgines
mee et iuuenes mei abierūt in captiui-
tatem. Coph Vocaui amicos meos: et
ipsi deceperūt me. Sacerdotes mei et
senes mei in vrbe cōsumpti sunt: quia
quesierūt cibū sibi ut refocillarent ani-
mas suas. Res Vide dōe quoniam
tribulor: mibulat est venter meus. Sub-
uertum est cor meū in memetipa: quō
amaritudine plena sum. Foris mer-
ficit gladius: et domi mors similis ē.
Sin Audierūt quia ingemisco ego: et
non est qui cōsoletur me. Omnes in-
mici mei audierunt malū meū: letati
sūt quō tu fecisti. Adduxisti diē cōsola-
cōnis: et fiet sicut mei. Thau Ingredi-
at omne malū eorū coram te: et deuindemia
eos sicut vindemiasti me, pter omnes
iniquitates meas. Multi enim gemi-
tus mei: et cor meū merēs. Aleph

Quomodo obtexit caligine i furo-
re suo dōs filiā syon. Proiecit
de celo in terram inclitam israhel: et nō
est recordatus scabelli pedū suoz i die
furoris sui. Beth Precipitauit dōs nec
ppercit omnia specciosa iacob: destru-
xit in furore suo munitiones virginū
iuda et detrect in terram: polluit regnū
et principes eius. Gymel Confregit in
ira furoris sui omne cornu israhel: a-
uertit retrorsū dexterā suā a facie inimi-
ci: et succendit in iacob ēsi ignē flāme
deuorāns i giro. Deleth Tendit ar-
cum sui quasi inimicus: firmauit de-
xteram suā quasi hostis: et occidit o-
mne qd pulcrum erat visu. In taber-
naculo filie syon effudit ēsi ignē indi-
gnaōnē suā. He Facts ē dōs vlut in-
imicus: precipitauit israhel. Precipita-
uit omnia turrita eius: dissipauit mu-
nitiones eius: et repleuit in filia iuda
humiliatum et humiliatā. Vau Et
dissipauit quasi ortum tentorij sui:
demolitus est tabernaculū suū. Obli-
uioni tradidit dōs in syon festiuitat
et sabbatū: et in obprobriū et in indi
gnaōnē furoris sui regem et sacerdo-
tem. Zay Repulit dōs altare suū: maledi-
xit sanctificationi sue: tradidit in ma-
nus inimici muros turrium eius. Vocem
dederunt in domo dōi: sicut in die so-
lemni. Heth Cogitauit dōs dissipare
murū filie syon: tetendit funiculū suū
et non auertit manū suā a perditione.
Luxitq; ante murale: et mur pariter dis-
sipati sūt. Teth Debile fūt i terra por-
te eius: perdidit et contriuit vectes eius: re-
gem eius et principes eius in gentibus.
Non est lex: et pphete eius nō inuenerūt

visionē a dōo. Joth Sederūt in terra:
conticuerūt senes filie syon: cōspersuerūt
cinere capita sua. Accincti sūt cilicijs:
abiecerūt in terra capita sua virgines
ihrusalē. Caph Defecerūt p lacrimis
oculi mei: cōcurbata sunt viscera mea.
Effusum est in terra iecor meū super
contritionē filie pplī mei: cū deficeret parvu-
lus et lactēs i plateis oppidi. Lamech
Matribus suis dixerūt ubi ē triticū et
vinū: cū deficerent quasi vulnerati in
plateis ciuitatis: cum exalarent animas
suas in sinu matrū suarū. Mem Cui
comparabo te: vel cui assimilabo te fi-
lia ihrusalē? Cui exequabo te: et con-
solabor te virgo filia syon? Magna
enim velut mare contrito tua. Quis
medebitur tui? Nun Prophete tui vi-
derūt tibi falsa et stulta: nec aperiebāt
iniquitatem tuā: ut te ad penitentiam
prouocarēt. Viderūt aūt tibi assumpti-
ones falsas et eiectiones. Samech
Plauserūt super te manibus omnes trāse-
untes p viā: sibilauerūt et mouerūt ca-
pita sua super filiā ihrlim: hecccc ē vrbs
dicens pfecti decoris: gaudiū vniūse ter-
re. Phe Aperuerūt super te os suū omnes
inimici tui: sibilauerūt et fremuerūt den-
tibus suis: et dixerūt deuorabimus. Ain
Ista est dies quē expectabamus: inue-
nimus: vidimus. Ayn Fecit dōs quē
cogitauit: complevit sermonē suū quē
preceperat a diebus antiquis. Destruxit et
non pperciit: letificauit super te inimicū:
et exaltauit cornu hostiū tuoz. Sade
Clamauit cor eoz ad dōm: super mu-
ros filie syon. Deduc quasi torrēs
lacrimas per diem et noctem: nō des
requiē tibi: neq tacat pupilla oculi
tui. Coph Consurge: laude in nocte
in principio vigiliarū: effunde sicut
aquā cor tuū ante conspectū domini.
leua ad eum manus tuas, p anima
parvuloz tuoz: qui fame perierūt in ca-
pite omnium compitoz. Res Vide dōe
et considera: quem vindemiasti ita.
Ergo ne comedēt mulieres fructū suū:
parvulos ad mensuram palme? Si or-
dinatur in sanctuario dōi: sacerdos et
prophetes? Sin Iacuerūt in terra foris
puer et senex: virgines mee et iuuenes
mei ceciderūt in gladio: interfecisti i die
furoris tui: occisisti: nec misereris eo.
Thau Vocasti quasi diē solemnem
qui terreret me de circuitu: et non fuit
in die furoris dōi qui effugere et reli-
querētur. Quos educauī et enutriui in
nimis: meos cōsumpsit eos. Aleph

Ego vir videns paupta meā: in
virga indignaōnis eius. Aleph
Me minauit et adduxit in tenebris: et
nō lucē. Aleph Tantū in me vertit: et
conuertit manū suā tota die. Beth
Veustam fecit pellē meā et carnē meā:
contriuit ossa mea. Beth Edificauit
in gyro meo: et circūdedit me felle et la-
bore. Beth In tenebrosis collocauit
me: ēsi mortuos sempiternos. Gymel
Circūdificauit adiūsum me ut non
egrediar: aggrauauit compedem meū.
Gymel Sed et clamauero et cū rogaue-
ro: excluit oraōnē meā. Deleth Conclusit
vias meas lapidibus quadris:
semitas meas subuertit. Deleth Vrsus
insidiās factus ē michi: leo i abscondito.
Deleth Semitas meas subuertit et con-
fregit me: posuit me desolatā. Deleth
Tetendit arcū suū: et posuit me quasi
signū ad sagittam. He Misit in renibus
meis filias pharetre sue. He Fa-
ctus sum in derisū omni plo meo: tan-
ticum eoz tota die. He Repleuit me a-
maritudinibus: inebriauit me absinthio.
Vau Et fregit ad numerū dentes

meos: ribauit me cinere. Vau Et repulsa est anima mea: oblis sum bonoꝝ.
Vau Et dixi perijt finis meus et spes mea a dño. Zay Recordare paupertatis et transgressionis mee: absinthij et fellis. Zay Memoria memor ero: et tabescet in me anima mea. Zay Hoc recolens in corde meo: idcō sperabo.
Heth Misericordie dñi quia non sumus consumpti: quia non defecerit miserationes eius. Heth Mani diluculo: multa est fides tua. Heth Pars mea dñs dixit anima mea: propter eā sperabo eū. Theth Bonus est dñs sperantibus in eū: anime querenti illū. Theth Bonū est prestolari cum silentio salutare dñi. Theth Bonū est viro: cū portauerit iugū ab adolescētia sua. Joth Sedebit solitarius et tacebit: quia leuauit se super se. Joth Ponet in pulvere os suum: si forte sit spes. Joth Dabit percutienti se maxillam: saturabitur opprobrijs. Caph Quia non repellet in sempiternū dominus. Caph Quia si abiecit e miseratus est: secū multitudinē misericordiarū suarū. Caph Non enim humiliauit e corde suo: et abiecit filios hominū. Lamech Vt conteret sub pedibus suis omnes vinctos terre. Lamech Vt declinare iudicium viri: in cōspectu vultus altissimi. Lamech Vt pertere hominē in iudicio suo: dñs ignorauit. Ayin Quis est iste qui dixit ut fieret: dño nō iubente? Ayin Ex ore altissimi nō egredietur: nec mala nec bona. Ayin Quid murmurauit homo viuens: vir pro peccatis suis? Nun Scrutemur vias nostras: et queramus et reuertamur ad dñm. Nun Leuemus corda nra cū manibus: ad dominum i celos. Nun Nos iniquē egimus et ad iracundiā

prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es. Sameth Operuisti i furore et persecuti: occidisti nec pepercisti. Sameth Opposuisti nubē tibi: ne trānsiat oratio. Sameth Eradicationē et abiectionē posuisti me: i medio populi. Phe Aperuerunt super nos os suū omnes inimici. Phe Formido et laqueus facta e nobis: vastatio et cōtritio. Phe Diuisiones aquarū deduxit oculus meus: in contritione filie populi mei. Ayin Oculus meus affligit e: et tacuit: eo q nō esset requies. Ayin Donec respiciat et videat dñs de celis. Ayin Oculus meus depredatus e animam meā: i cūctis filiabus urbis mee. Sade Venatione tetenderūt me q̄si auis inimici mei gratis. Sade Laqueū in lacū vita mea: et posuerūt lapidē super me. Sade Inundauerūt aque super caput meū: dixi perij. Coph Inuocaui nomē tuum dñe: de lacu nouissimo. Coph Vocem meā audisti: ne auertas aurem tuā a singultu meo et clamoribus. Coph Appropinquasti in die quādo inuocaui te: dixisti ne timeas. Res Iudicasti dñe causam animē mee: redemisti vitē meā. Res Vidisti dñe iniquitatē illorū aduersū me: iudica iudiciū meum. Res Vidisti omnē furorem: omnes cogitationes eorū aduersū me. Sin Audisti opprobriū eorū dñe: omnes cogitationes aduersū me. Sin Labia insurgentū michi: meditationes eorū: aduersum me tota die. Sin Sessionē eorū et resurrectionē vide: ego sum psalmus eorū. Thau Reddes eis vicem dñe: ixta opera manuū suarū. Thau Dabis eis scutum cordis: laborem tuū. Thau Persequeris i furore: et conteres eos sub celis dñe. Aleph

Quomodo obscuratū e aurū: mutatus est color optimus: dispersi

sunt lapides sanctuarij i capite omniū platearū. Beth Filij syon inclyti et amicti auro pmo: quomō reputati sunt in vasa testea: opus manuum figuli. Gymel Sed et lamie nudauerūt mammam lactauerūt catulos suos. filia pli mei crudelis: quasi struthio i deserto. Deleth Adhesit lingua lactantis ad palatū eius in sitī: parvuli petierunt panem: et nō erat q frangeret eis. He Qui vescebantur voluptuose interierunt in viis: qui nutriebātur i croceis amplexati sunt stercora. Vau Et maior effecta e iniquitas filie pli mei peccato sodomorū: q subuersa est in momento: et non tetigerūt eā manus. Zay Candidiores nazaei eius nive: nitidiores lacte: rubicūdiores chore antiquo: saphiro pulciores. Heth Denigrata est super carbones facies eorū: et non sunt cognoti in plateis. Adhesit cutis eorū ossibus: aruit et facta est quasi lignū. Theth Melius fuit occisis gladio q̄m interfectis fame: quoniā isti extabuerunt cōsumpti a sterilitate terre. Joth Manus mulierū misericordium coxerūt filios suos: facti sunt cibus eorū in contritione filie pli mei. Caph Complevit dñs furorem suū: effudit iram indignationis sue. Et succendit ignē in syon: et deuorauit fundamēta eius. Lameth Non crediderunt reges terre et vniuersi habitatores orbis: quōd ingrederet hostis et inimicus p portas hierusalē. Ayin Propter peccata prophetarū eius et iniquitates sacerdotum eius: qui effuderūt in medio eius sanguinē iustorū. Nun Errauerūt ceci in plateis: polluti sunt sanguine. Cuī nō possūt tangere vestimenta sua? Sameth Recedite polluti clamauerunt eis: recedite abite: nolite tangere. Iurgati

quippe sunt et cōmoti dixerūt: inter gentes non addet vltra ut inhabitet eos. Phe Facies dñi diuisit eos: nō addet vt respiciat eos. Facies sacerdotū nō erubuerūt: senes nō miserti sunt. Ayin Cum adhuc subsistemus deficerunt oculi nostri ad auxiliū nostrū vanū: cum respiceremus attenti ad gentem q̄ saluare nō poterat. Sade Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearū nostrarū: appropiquauit finis noster: impleti sunt dies nostri: quia venit finis noster. Coph Velociores fuerūt persecutores nri aquilis celi: super montes persecuti sunt nos: in deserto insidiati sunt nobis. Res Spiritus oris nri christus dñs captus est in peccatis nris: cui diximus: in umbra tua viuemus in gentibus. Sin Gaude et lētare filia edom que habitas i terra hus. Ad te quoq; pertiet calix: inebriaberis atq; nudaberis. Thau Cōplta e iniquitas tua filia syon: nō addet vltra ut trānsmigrer. Visitabit iniquitatē tuā filia edom: dilcoprit peccata tua. Explicit lamentacōēs ieremie. Incipit oratio eiusdē.

Recordare dñe quid acciderit nobis: intuere et respice opprobriū nrū. Hereditas nra versa e ad alienos: domus nre ad extraneos. Pupilli facti sumus absq; pre: matres nre q̄si vidue. Aquā nram pecunia bibimus: ligna nra pcio cōparauimus. Cervicibus minabamur: lassis nō dabat requies. Egipto dedimus manū et assiriis: vt saturemur pane. Patres nri pecauerunt: et non sunt: et nos iniquitates eorū portauimus. Serui dominati sunt nri: non fuit qui redimeret de manu eorū. In manibus nris affectamus panes: nobis a facie gladij in deserto. Pelles nra quasi clibanus exusta est: a facie

tempestatū famis. Mulieres in syon
humiliauerūt: ⁊ virgines i ciuitatib⁹
iuda. Principes manu suspensi sunt:
facies senū non erubuerūt. Adolescen-
tibus impudice abusi sunt: ⁊ pueri
ligno corruerūt. Iuuenes de choro psallentium.
Defecit gaudium cordis nostri: ver-
sus est in luctū chorus noster. Cecidit
corona capitis nostri: ue nobis quia
peccauim⁹. Propterea mestū factū est
in dolore cor nr̄m: ideo cōtenebrati sūt
oculi nostri. Propter mōtem syon quia
disperijt: vulpes ābulauerūt in eo. Tu
aūt dūe in eternū ⁊ manebis: solium tuū
in generatione ⁊ generatione. Quare
in perpetuū obliuiscis nr̄i: derelinquis
nos i longitudine dierū? Conuerte nos
domine ad te ⁊ cōuertemur: innouabi
dies nostros sicut a principio. Sed
proiciēs repulisti nos: iratus es cōtra
nos vehemēter. Explicit oratio ieremie
incipit prologus in librum baruch

Hic est qui baruch nos-
cipitatur in hebreo canō-
ne nō habetur sed tantū
in vulgata editione: simi-
liter et epistola ieremie. Propter noti-
ciam autem legentiū hic scripta sunt:
quia mira de eisdem nouissimisq; tem-
poribus indicant. Incipit liber baruch ·p·

Hi sunt verba libri q̄
scripsit baruch filius
nerie filij maasie fi-
lij sedechie filij sedei
filij helchie in babi-
lonia in anno quin-
to in septima die mensis: in tempore
quo ceperūt caldei ierusalē ⁊ succendē-
runt eam igni. Et legit baruch verba
libri hui⁹ ad aures iechonie filij io-
akim regis iuda ⁊ ad aures omniū
ipsi venientis ad librū: ⁊ ad aures po-
tentiū filiorū regis ⁊ ad aures presbite-
rorū ⁊ ad aures ipsi a minimo usq; ad
maximū eorū: omniū habitantium in
babilonia ad flumen sedi. Qui audi-
entes plorabāt ⁊ ieiunabāt: ⁊ orabāt
in conspectu dūi. Et collegerūt pecu-
niam in conspectu dūi: sedm q̄ potuit
unusquisq; manus. Et miserūt i ierusalē
ad ioakim filiū helchie filij sa-
lom sacerdotem: ⁊ ad sacerdotes ⁊ ad
omnē ipsm qui inuentī sunt cum eo
i ierusalē: cum acciperent vasa templi
dūi que ablata fuerant de templo re-
uocare in terram iuda: decima die mē-
sis syban · vasa argentea que fecit se-
dechias filius iosie rex iuda postq̄ ei
accepisset nabuchodonosor rex baby-
lonis ieconiā ⁊ principes et iudices
et potentes et ipsm terre a ierusalē: et
duxit eos vinctos in babilonē. Et di-
xerūt. Ecce misimus ad vos pecuniā:
de quibus emite holocaustomata ⁊ thus
et facite manna: ⁊ offerte pro peccato
ad aram dūi nr̄i. Et orate p vita
nabuchodonosor regis babilonie
et p vita balthasar filij eius: ut sint di-
es eorū sicut dies celi super terā: ut de-
dūs virtutem nobis et illuminet oc-
los nostros: ut viuamus sub umbra
nabuchodonosor regis babilonis et
sub umbra balthasar filij eius: ⁊ seruia-
mus eis multis diebus ⁊ inueniamus
gratiā in conspectu eorū. Et pro nobis
ipis orate ad dominū deū nostrū q̄a
peccauim⁹ domino deo nostro: et non
est auersus furor eius a nobis usq; in
hunc diem. Et legere libri istū q̄ mi-
simus ad vos recitari in templo dūi
in die solemni: ⁊ in die opportuno. Et
dicetis. Domino iustitia: nobis aūt
cōfusio faciei nostre sicut est dies hr:

omnī iuda ⁊ habitantib⁹ ierusalem
regibus nostris et principibus nostris
sacerdotibus et ꝓphetis nostris et pa-
tribus nostris. Peccauim⁹ ante dūm
deū nostū et non credim⁹ diffidentes
in eum: ⁊ non sum⁹ subditibiles illi: ⁊
nō obaudiuim⁹ vocem dūi dei nostri
ut ambularem⁹ in mandatis eius q̄
dedit nobis. A die qua eduxit patres
nostros de terra egipti usq; ad die hāc
fuimus incredibiles ad dūm deū no-
strum: ⁊ dissipati recessimus ne audi-
remus vocem ipsius. Et adhesērūt no-
bis multa mala ⁊ maledictiones que
constituit dominus moysi seruo suo: q̄
eduxit patres nostros de terra egipti
dare nobis terrā fluentem lac et mel:
sicut hodierna die. Et non audiuim⁹
vocem domini dei nostri secundum
omnia verba prophetarū quos misit
ad nos ⁊ ad iudices nostros: ⁊ abiui-
mus unusquisq; in sensū cordis nr̄i
maligni operanti dīis alienis: faciētes
mala ātē oculos domini dei nostri. ¶

Propter q̄ statuit dūs d⁹ nostr
verbū suū q̄ locut⁹ est ad nos:
et ad iudices nostros qui iudicauerūt
in ierusalē et ad reges nostros et ad
principes nostros ⁊ ad omnē israhel
⁊ iuda: ut adduceret dūs super nos ma-
la magna que nō sunt facta sub celo
q̄ēadmodū facta sunt in ierusalem
secūdū que scripta sunt in lege moysi
ut manducaret homo carnes filij sui
et carnes filie sue. Et dedit eos in ma-
nu regū omniū qui sunt ī circuitu no-
stro in improperiū ⁊ in desolationē: ⁊
in omnibus ꝓbis in quibus nos disp-
sit dūs. Et facti sum⁹ subtus ⁊ non su-
pra: quia peccauim⁹ dūo deo nostro
non obaudiendo voci ipsius. Dūo
deo nr̄o iustitia: nobis aūt ⁊ patribus
nostris cōfusio faciei sicut est dies hec.
Quia locutus est deus super nos omnia
mala hec que venerūt super nos: et nō
sum⁹ deprecati faciē dūi dei nostri ut
reuerteremur unusquisq; nostrū a viis
nostris pessimis. Et vigilauit dūs in
malis: et adduxit ea super nos: quia
iustus est dominus in omnibus operibus
suis que mandauit nobis: ⁊ non au-
diuim⁹ vocem ipius: ut ieamus in pre-
ceptis dūi que edidit ante faciē nr̄am.
Et nunc domine de⁹ israhel qui edu-
xisti ꝓplm tuū de terra egipti in manu
valida ⁊ in signis et in ꝓdigijs et in
virtute tua magna ⁊ in brachio excel-
so: ⁊ fecisti tibi nomē sicut est dies ista:
peccauim⁹ · impie gessim⁹ iniquē egi-
mus dūe deus noster: in omnibus iu-
stitijs tuis. Auertat ira tua a nobis:
quia derelicti sum⁹ pauci inter gentes
ubi dispersisti nos. Exaudi dūe preces
nr̄as ⁊ orationes nr̄as: et educ nos
propter te: ⁊ da nobis inuenire gra-
tiam ante faciem eorū qui nos adduxe-
runt: ut sciat omnis terra quia tu es
dūs deus noster: ⁊ quia nomē tuum
inuocatū est super israhel ⁊ super genus
ipis⁹. Respice domine de domo sancta
tua in nos: ⁊ inclina aurē tuā ⁊ exau-
di nos. Aperi oculos tuos ⁊ vide: q̄a
nō mortui qui sunt in inferno: quorū
spiritus acceptus est a visceribus suis
dabūt honorem et iustificationē dūo:
sed anima que mestus est super magni-
tudinē mali ⁊ incedit curua et in infir-
mis ⁊ cui oculi deficientes: et anima
esuriens dat tibi gloriā et iustitiā do-
mino: quia non secūdū iustitias pa-
trum nrōrū nos fundim⁹ preces et pri-
mus misericordiā ante conspectū tuū
domine deus noster: sed quia misisti
iram tuā ⁊ furorem tuū super nos: sicut

locutus es ī manu puerorꝫ tuorꝫ ꝓphetarꝫ dicens. Hic dicit dñs. Inclinate humerū vestrū ꝛ ceruicem vestrā: ꝛ operam facite regi babilonis: ꝛ sedebitis in terra quā dedi patribꝫ vestris. Nō si nō feceritis nec audieritis voce dñi dei vestri operari regi babilonis defectionē vestrā fariā de ciuitatibꝫ iuda et a foris ierusalē: et auferā a nobis vocem iocūditatis ꝛ vocem gaudij et vocem sponsi ꝛ vocem sponse: et erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam. Et non audierūt vocē tuā ut operarent regi babilonis: ꝛ statuisti verba tua que locutus es in manibus puerorꝫ tuorꝫ ꝓphetarꝫ: ut tālerentur ossa regū nostrorꝫ ꝛ ossa patrū nōrꝫ de loco suo. Et ecce sunt ꝓiecta in calore solis ꝛ in gelu noctis: ꝛ mortui sunt in doloribus pessimis in fame ꝛ in gladio ꝛ ambustione. Et posuisti templū in quo inuocatū est nomē tuū in ipo sicut hec dies: ꝓter iniquitatem domus israhel et domus iuda. Et fecisti ī nobis dñe deꝰ noster sēm omnē bonitatē tuā et sēm omnē miserationē tuā illā magnā sicut locutus es in manu pueri tui moysi: ī die qua precepisti ei scribere legem tuā coram filijs israhel dicens. Si non obaudieritis vocem meā: multitudo hec magna conuertetur in minimā gentem quoniā eos dispergam: qā scio q̄ me non audient ꝓlus. Populus est enim dura ceruice. Et conuertere ad cor suū in terra captiuitatis sue: et scient quia ego sum dñs deus eorū. Et dabo eis cor ꝛ intelligēt: et aures ꝛ audient. Et laudabūt me ī terra captiuitatis sue: et memores erunt nominis mei. Et auertent se a dorso suo duro et a malignitatibus suis: quia reminiscentur viam patrū suorꝫ qui peccauerūt in me. Et reuocabo illos in terrā quā iuraui patribus illorꝫ abraham ysaach ꝛ iacob: ꝛ dominabūtur eiꝰ. Et multiplicabo eos: ꝛ non minorabūtur. Et statuā illis testamentū aleū sempiternū: ut sim illis in deum: ꝛ ipsi erūt mihi in ꝓplm. Et nō mouebo āplius ꝓplm meū filios israel a terra quam dedi eis. [II]

Et nunc dñe deus israhel: anima in angustijs et spiritus angustiatus ad te. Audi dñe et miserere qā deus es misericordie: ꝛ miserere nōi quia peccauimus ante te. Quia tu sedes in sempiternū: et nō peribimus in eternū. Dñe deus omnipotēs deus israel audi nūc orationem mortuorꝫ israel et filiorꝫ ipōrꝫ: quia peccauerūt ante te ꝛ nō audierunt vocem dñi dei sui: ꝛ agglutinata sūt nobis mala. Noli meminisse iniquitatis patrum nostrorꝫ: sed memento manꝰ tue ꝛ nominis tui in ipso: quia tu es deus dus noster ꝛ laudabimꝰ te dñe: quia ꝓter hoc dedisti timorem tuū in cordibus nīis: et inuocemꝰ nomē tuū ꝛ laudemꝰ te in captiuitate nīa: quia cōtemimur ab iniquitate patrum nōrꝫ qui peccauerūt ante te. Et ecce nos ī captiuitate nīa sumꝰ hodie quo nos dispersisti in improperiū ꝛ in maledictionē ꝛ in peccatum sēm cūctis iniquitatis patrū nostrorꝫ: qui dilesserūt a te dñe deus nōster. Audi israhel mādata vite: auribus percipe ut scias prudentiā. Quid est ip̄e ī terra inimicorꝫ es? Inuetcrasti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis. Deputatꝰ es cū descendentibus in infernū: dereliquisti fontem sapientie. Nam si in via dei ambulasses: habitasses utiq; in pace sup terrā. Disce vbi sit prudentia vbi sit virtus vbi sit

intellectus: ut scias simul vbi sit longitudo vite ꝛ vite: vbi sit lumē oculorꝫ ꝛ pax. Quis inuenit locum eius? Et quis ingessit in thesauros eius? Vbi sunt principes gentiū: et qui dominantē sup bestias que sunt sup terram? Qui in auibus celi ludūt: qui argentum thesaurizant et aurū in quo confidūt homines: ꝛ non est finis acquisitionis eorꝫ. Qui argētū fabricātur: et solliciti sūt: nec ē inuentus operi suo. Exterminati sunt et ad inferos descendūt: ꝛ alij loco eorꝫ exsurrexerūt. Iuuenes viderūt lumen: ꝛ habitauerūt sup terrā. Viam aūt discipline ignorauerunt: neq; intellexerūt semitas eiꝰ: neq; filij eorꝫ susceperūt eam. A facie ipsorꝫ longe facta est. Non est audita ī terra chanaan: neq; visa est in theman. Filij quoq; agar qui exquisierūt prudētiam que de terra est: negotiatores terre theman: ꝛ fabricatores et exquisitores prudentie ꝛ intelligentie: viam aūt sapientie nesciuerūt: neq; cōmemorati sunt semitarꝫ eiꝰ. O israhel q̄ magna est domus dei: ꝛ ingens locꝰ possessionis eius. Magnus ꝛ nō habēs finē: excelsus ꝛ immensus. Ibi fuerūt gigātes nominati: illi qui ab initio fuerūt statura magna scientes bellum. Non hos elegit dñs: neq; viam disciplinē inuenerūt: ꝓpterea perierunt. Et quoniā nō habuerūt sapientiā: perierunt ꝓter suā insipientiā. Quis ascēdit in celū et accepit eam: ꝛ eduxit eam de nubibus? Quis transiuit mare et inuenit illā: ꝛ attulit illā sup aurum electū? Non est qui possit scire viias eius: neq; qui exquirat semitas eiꝰ. Sed qui scit omnia nouit eam: ꝛ inuenit eam prudentia sua. Qui ꝓparauit terram in tempo eīpore: et repleuit eam pecudibꝫ et quadrupedibꝫ. Qui emittit lumē ꝛ vadit: ꝛ vocauit illud: et obedit illi in timore. Stellē autem dederūt lumen in custodijs suis: ꝛ letate sunt. Vocate sunt: ꝛ dixerunt. Assumus. Et luxerūt ei cū iocunditate: qui fecit illas. Ipse est deus noster: non estimabitur alius aduersus eum. Ipse adinuenit omnē viam discipline: et tradidit illā iacob puero suo: ꝛ israhel dilecto suo. Post hec in terris visus est: ꝛ cum hominibus cōuersatꝰ est. [III]

Hic liber mandatorꝫ dei: ꝛ lex que est in eternū. Omnes qui tenuerint eam perueniet ad vitam: qui aūt dereliquerit eam in mortem. Conuertere iacob ꝛ apphende eam: ambula ꝓ viam ad splendorem eius contra lumen eiꝰ. Ne tradas alteri gloriā tuā: et dignitatem tuā genti alterē. Beati sumus israhel: quoniā que deo placent manifesta sunt nobis. Animequior esto ꝓplus dei: memorabilis israhel. Venūdati estis gentibus non in ꝓditionē: sed ꝓter q̄ ira ad iracūdiā ꝓuocastis dum tradisti estis aduersarijs. Exacerbastis enim eum qui fecit vos deum eternū: iuolantes demonijs et nō deo. Oblisti es estis eū q̄ nutriuit vos: et contristastis nutricem vestrā ierusalem. Vidit enim iracūdiā a deo veniēten vobis: ꝛ dixit. Audite ciuitates hon. Adduxit eū multi deus luctū magnū. Vidi enim captiuitatē filij mei filiorꝫ meorꝫ ꝛ filiarꝫ: quā induxit illis eternus. Suscuti enim illos cū iocunditate: dimisi aūt illos cū fletu ꝛ luctu. Ne mo gaudeat sup me viduā ꝛ desolatā: a multis derelicta sum ꝓpter peccata filiorꝫ meorꝫ: quia declinauerūt a lege dei. Iustitias aūt ipsius nesciuerūt: nec ambulauerūt ꝓ viias mādatorꝫ

dei: neq; per lenitas ueritatis eius cũ
iustitia ingressi sunt. Veniãt cõtines
hyon: ⁊ memoremur captiuitatem fili
orũ ⁊ filiaꝝ meaꝝ: quã superduxit illis
eternus. Adduxit enim sup illos gen
tem de longinquo: gentem improbã
et alterius lingue qui nõ sunt reuereti
senem: neq; puerꝝ miseriti sũt. Et ab
duxerũt dilectos uiduę: et a filijs uni
cam desolauerũt. Ego aũt quid possũ
adiuuare uos? Qui enim adduxit sup
uos mala: ipse uos eripiet de manibꝫ
inimicorꝫ uestrorꝫ. Ambulate filij am
bulate: ego enim derelicta sum sola.
Exui me stola pacis: indui aũt me sac
co obsecrationis: ⁊ clamabo ad altis
simũ in diebus meis. Animequiores
estote filij: clamate ad dñm et eripiet
uos de manu principũ inimicorꝫ. Ego
enim speraui in eternũ salutem uestrã:
et uenit michi gaudiũ a sancto super
misericordia: q̃ uenit uobis ab eterno
saluatore uestro. Emisi enim uos cũ
luctu ⁊ plorantes: reducet aũt uos michi
deus cum gaudio ⁊ iocunditate in eter
num. Sicut enim uiderũt uicine hyon
captiuitatem uestrã a deo: sic uidebũt
et in celeritate salutem uestrã in deo: q̃
superuenit uobis cũ honore magno
et splendore eterno. Filij patiẽter susti
nete iram que superuenit uobis. Perse
cutus est enim te inimicus tuus: sed ci
to uidebis ejus interitũ et ipsius ⁊ sup ceui
ces ipsius ascendes. Delicati nici am
bulauerunt uias asperas: ducti sunt
enim ut grex direptus ab inimicis. Ani
mequiores estote filij: ⁊ clamate ad
dñm. Erit enim memoria uestra ab eo
qui ducit uos. Sicut enim fuistis
uestri ut recadatis a deo: decies tamẽ
iterũ conuertentes requiretis eum. Qui
enim induxit uobis mala: ipse rursũ
adducet uobis sempiternã iocunditatẽ
cum salute uestra. Animequior esto
ierusalẽ. Exhortatus enim te: qui te
nominauit. Morentes parebũt qui te
uexauerũt: ⁊ qui gratulati sunt de tua
ruina punientur. Luitates quibus ser
uierunt filij tui punientur: ⁊ que acce
pit filios tuos. Sicut enim gauisa est
in tua ruina ⁊ letata ẽ i casu tuo: sic cõ
tristabitur in sua desolatione. Et am
putabitur exultatio multitudinis eꝰ:
et gaudium eꝰ erit in luctu. Ignis
enim sup ueniet ei ab eterno in longi
tuinis diebus: ⁊ habitabitur a demo
nijs in multitudine temporis. Circũ
spice ierusalem ad orientẽ: ⁊ uide iu
cunditatẽ a deo tibi uenientem. U

Ecce enim ueniũt filij tui quos di
misisti dispersos ueniũt collecti ab o
riente usq; ad occidentẽ: in uerbo san
cti gaudentes in honorem dei. Exue
te ierusalẽ stola luctus et uexationis
tue: ⁊ induet te decore ⁊ honore que a
deo tibi est i gloria sempitina. Circũda
bit te dꝰ dyplyde iustitiẽ: ⁊ imponet
uertẽ tapiti tuo hymnis eterni. Deus
enim ostendet splendorem suũ in te:
omnĩ q̃ sub celo est. Nominabit enim
tibi nomẽ suũ a deo i sempiternũ: pax
iustitiẽ ⁊ honor pietatis. Exsurge ierusalẽ et sta in excelso: et circũspice ad
orientem et uide collectos filios tuos
ab oriẽte sole usq; ad occidentẽ i uerbo
sancti gaudentes dei memoria. Exi
erunt enim abs te pedibus ducti ab in
imicis: adducet aũt illos dominus
ad te portatos in honorẽ sicut filios
regni. Constituit enim dꝰ humiliare
omnẽ montẽ excelsum et rupes phe
nes: et conualles replere in equalitatẽ
terre: ut ambulet israhel diligenter in
honorem dei. Obumbrauerũt autem

siluę: ⁊ omne liguũ suauitatis israhel
mandato dei. Adducet enim dꝰ israhel
cum iocunditate in lumine maiestatis
sue: cum misericordia ⁊ iustitia que ẽ
a ipso. Incipit ecclesiastes epistole eiusdem
quã misit hieremias ad abductos ca
ptiuos in babiloniã a rege babiloni
orum: ut annũciaret illis secundum
quod preceptum est illi a deo. VI

Propter peccata que peccastis
ante deũ: adducemini in ba
biloniã captiui a nabucho
donosor rege babiloniorũ. Ingressi
estis in babiloniẽ ubi annis plu
rimis et temporis longũ usq; ad genera
tiones septẽ: post hoc aũt educã uos
inde cum pace. Nunc aũt uidebimi i
babilonia deos aureos ⁊ argẽteos ⁊
lapideos ⁊ ligneos i humeris portari:
ostentantes metũ gentibus. Videte ergo
ne ⁊ uos similes efficiamini facie
alienis ⁊ metuatis: ⁊ metus uos rapi
at in ipsis. Visa itaq; turba de retro et
ab ante: orãtes dicte in cordibus ue
stris. Te oportet adorari dñe. Angelꝰ
aũt meꝰ uobiscũ est. Ipse aũt exquirit
animas uras. Nam lingua ipsoꝝ po
lita a fabro tpa etiã inaurata ⁊ mar
gitata falsa sũt: ⁊ nõ possũt loqui. Et
sicut uirgini amanti ornamenta: ita
accepto auro fabricata sũt. Coronas
rete aureas habẽt sup capita sua dij
illoꝝ: unde subtrahũt sacerdotes ab ei
is aurũ ⁊ argentũ: ⁊ erogant illud in
meretricibus. Nam aũt ⁊ ex ipso ptium
et meretrices ornãt: ⁊ iterũ receperint il
lud a meretricibus ornant deos suos.
Nij aũt non liberantur ab erugine et
uerma. Myris aũt illis uestes purpurea
egrediũt facie ipsoꝝ ꝓter puluerẽ do
mus: q̃ est plurimꝰ inter eos. Sceptrũ
aũt habet ut homo sicut uiro regionis:
qui in se peccantem non interficit. Ha
ber etiã in manu gladiũ et securim: se
aũt de bello et a latronibus non liberat.
Unde uobis notũ sit: quia non
sũt dij. Sed ergo reuerentini eos. Sicut
enim uas hominis defractũ inutile effici
tur: tales sunt ⁊ dij illoꝝ. Constituis
illis i domo: oculi eoꝝ plenĩ sũt puluere
a pedibus in ingressũ. Et sicut alicui
qui regem offendit occisiqte sunt ia
nue: aut sicut ad sepulcũ adducũt
mortuum ita ponant sacerdotes ostia
clausuris ⁊ seris: ne a latronibus eripi
entur. Lucernas accendũt illis: ⁊ qui
dem multas: et quibus nullã uidere pos
sunt. Sunt aũt sicut trabes in domo.
Corda ueto eorũ dicũt elingere serpen
tes qui de terra sũt diũ comedũt eos et
uestimentũ ipsoꝝ: ⁊ nõ sentũt. Nigre
sũt facies eoꝝ a fumo: qui in domo
sũt. Supra corpus eoꝝ ⁊ supra caput
eoꝝ volant nocte ⁊ hyrundines: ⁊ a
ues etiã similiter ⁊ cattę. Unde scitis
quia non sunt dij. Me ergo timueritis
eos. Aurũ etiã nõ habet ad specẽ est:
nisi aliquis exercerit eruginẽ nõ fulge
bunt. Neq; enim dum conflarent senti
ebant: et omni poto cupta sunt i qui
bus spiritus nõ est in ipsis. Sine pedi
bus in humeris portant: ostendũt ere
ignobilitatẽ suã hominibus. Confun
dantur etiã qui colũt ea. Propterea
et ceciderũt in terrã a fremitibus nõ cor
surgũt: neq; si quis eum statuerit redũ
per sumitipm stabit: sed sicut mortuis
humeri illis apponũtur. Hostias illo
rum uendũt sacerdotes ipsoꝝ ⁊ abutũ
tur: similiter ⁊ mulieres eoꝝ decrepẽtes
neq; in uino neq; mendicãti aliquid
impertiũt de sacrifijs eoꝝ: fere ⁊ men
struate eos contingũt. Scientes itaq;
et hijs quia non sunt dij: ne timueritis

ros. Vnde tu vocaris dij? Quia mu-
lieres apponit dijs argentis et aure-
is z liguis: z in domibus eoz sacerdo-
tes fedent habentes tunicas scissas et
rapita z barbā rasam: quoz capita
nuda sunt. Eugiūt aūt damātes cō-
tra deos suos: sicut i cena mocui. Ve-
stimenta eoz auferunt sacerdotes: et
vestiūt vxores suas z filios suos. Set
neq; si quid malū patiūtur ab aliquo ne-
q; si quid boni potest retribuere: neq;
regem cōstituere possunt neq; auferre.
Similiter neq; dare diuitias possunt:
neq; malū retribuere. Hi q̄s illis vo-
tum voueris z nō reddideris: neq; hoc
requirit. Hominē a morte nō liberāt:
neq; infirmū a potentiore eripiūt. Ho-
minē cecū ad vsum non reducūt: de
necessitate hominē non liberabūt. Vi-
due non miserebūtur: neq; orphanis
bene faciet. Lapidibus de mōte simi-
les sunt dij illoz liguei z lapidei z au-
rei et argentei: qui aūt colūt ea cōfun-
dētur. Quomō ergo estimādū est aut
dicendū illos esse deos? Adhuc enim
ipīs caldeis non honorātibus ea: q̄
nam audierunt mutū non posse loqui
offerūt illud ad bel: postulātes ab eo
loqui: quasi possint seruire qui nō ha-
bēt motū. Et ipi cū intellexerint: relin-
quent ea. Sensum enim non habent
ipi dij illoz. Mulieres aūt circūdant
funibus in vijs sedētes: succendētes olla
olinas. Cū aūt aliqua ex ipīs abstra-
cta ab aliquo transeūt domuēt: pri-
mū sue reprobrat q̄ ea non sit digna
habita sicut ipa: neq; funis eius dirū-
pus sit. Omnia aūt que illis fūt falsa
sunt. Quomō estimādū aut dicendū
est illos esse deos? A fabris aūt z au-
rifibus facta sūt. Nichil aliud scūt nisi
id q̄ voluit esse sacerdotes. Aurifices
etiā ipi qui ea faciunt non sunt multi
temporis. Nūquid ergo possunt ea q̄
fabricata sūt ab ipīs esse dij? Deliqui-
runt aūt falsa et opprobriū posteris fu-
turis. Nam cum superuenerit illis filii
et mala: cogitant sacerdotes vbi se ab-
scondant cum illis. Quomō ergo sen-
tiri debēt quoniā dij sunt qui nec de
bello se liberāt: neq; de malis se eripiūt?
Nam cum sint ligna et inaurata et
margaritata: scietur postea quia falsa
sunt ab omnibus gentibus et regibus que
manifestata sunt quia non sunt dij:
sed opra manuū hominū: z nullū op̄
dei cū illis. Vnde ergo notū est q̄a non
sūt dij: sed opra manuū hoīm: z nul-
lum di op̄ i ipīs ē. Regē regionis nō
sublatant: neq; pluuiā hominibus da-
bunt. Iudicū quoq; non dilcmēt:
neq; regiones liberabunt ab iniuria:
quia nichil possunt sicut corniole in
ter medii cedi et tere. Ferrū cū inoderat
ignis in domū deoz ligneoz z argen-
teoz z aureoz: sacerdotes quidē ipīs
fugient et liberabuntur: ipi aūt sicut
trabes i medio cōburentur. Regi aūt
et bello nō resistere. Quomō ergo esti-
mandū ē aut recipiēdū quia dij sūt?
Non a furibus neq; a latronibus se libe-
rabūt dij ligniei z lapidei z inaurati z
inargentati: quibus iniqui fortiores sūt.
Aurū et argentū et vestimentū quo o-
pert sunt auferent illis et abibūt: nec
sibi auxiliū ferent. Itaq; melius est esse
regem ostentantē iniuriē sua aut vas
in domo vsile i quo gloriabitur qui
possidet illud q̄ falsi dij: vel oblū i do-
mo q̄ custodit que in pace sunt: q̄
falsi dij. Sol quidē et luna ac sidera
cum sint splendida et emissa ad vsi-
tates obaudiunt: similiter et fulgur
cū apparuerit ephānū est. Ipsum aūt

et spirit? in omni regione spirat: z nu-
bes quibus cum imperatū fuerit a deo
pambulare in vniuersum orbem: pli-
nūt q̄d imperatū est eis. Ignis etiam
missus desup ut consumat montes z
siluas: facit q̄d preptū est ei. Nec aūt
neq; pluebus neq; virentibus vni e-
rum similia sunt. Vnde neq; estimā-
dum est neq; dicendū illos esse deos:
quādo non possunt neq; iudicū iudi-
care: neq; facere hominibs. Dicentes
itaq; quia non sunt dij: ne ergo timu-
eritis eos. Neq; cū regibs maledicēt:
neq; benedicent. Signa enim in celo
gentibus non ostendunt: neq; ut sol
luceūt: neq; illuminabūt ut luna. Bes-
tie meliores sunt illis: que possunt
fugere sub tectū ac, pdelle ibi. Nullo
itaq; modo nobis est manifestū quia
sūt dij: pter q̄d ne timeatis eos. Sicā
sicut in cucumetario formido nichil cu-
stodit: ita sūt dij illoz ligniei z argen-
tei et inaurati. Eodē modo et in orto
pma alba: supra quā omnis auis se-
det. Similiter z mortuo pedo in tem-
brie: similes sunt dij illoz liguei z in-
aurati z inargentati. A purpura q̄
et murice q̄ supra illos tineat scietis
vtiq; quia non sunt dij. Ipsi etiā po-
stremo comedūtur: z eis opprobrium
in regione. Melior est homo mutus
qui non habet simulacra: nā erit longe
ab opprobrijs. Explicit liber baruch
Incipit prologus in ezechiel ephetam

Ezechiel ephetā cum ioa-
kim rege iuda captiuus
ductus est in babilonem:
ibiq; hijs qui cū eo capti-
ui fuerāt ephetauit primūdis q̄ ad
ipsum venerunt se ultra adulatos
reddidisse: z videtur adhuc vrbem
ierosolimā stare: quā ille ruiturum

esse pdixerat. Tricesimo aūt tertio
anno et captiuitatis quinto ceptus ē
ad cōpatriotas loqui. Et rodē tpe liber
posterior hir i ralda: ieremias i iuda
prophetauerit. Verum eius nec satis
deferens nec ad modū rusticus est: sed
et vnoq; medie temperat. Sacerdos
et ipse fuit sicut ieremias: principia
voluminis z finem magnis habens
obscuritatibus inuoluta. Sed z vulga-
ta eius editio non multū distat ab he-
braico. Vnde satis miror quid causē
egerit: ut si eosdem in vnūs libris
habemus inscripto: in alijs eadem in
alijs diuersa nūtulerit. Legite igit z
hunc iuxta translationē nostrā: quo-
niam per cola scripsus et comata ma-
nifestiorem legentibus sensum tribuit.
Si autem amici mei et hunc sublan-
nauerunt dicite eis q̄ nemo eos com-
pellat ut scribant. Sed miror ne illud
eis eueniat quod grece significantius
dicitur ut vocentur sagolidoni quod
est mādūcāres sarcēas. Explicit pro
log⁹. Incipit ezechiel ephetā. j.

Et factum est in tricesimo anno in sexto
in quinto mensis: ego
eēm i medio capti-
uoz iuxta fluuium
chobar: aperti sunt
celi z vidi visiones dei. Ipse quinta men-
sis ipse ē annus quinto? transmigratio-
nis regis ioakim: factū est verbū dñi
ad ezechiēl filiū buzi sacerdotem in ter-
ra caldeoz secus flumen chobar. Et
facta est super eum ibi manus dñi. Et
vidi: et ecce ventus turbinis venebat
ab aquilone: z nubes magna z ignis
inuolutus. Et splendor in circuitu eius:
et de medio ignis quasi species electri
id est de medio ignis. Et in medio eius

similitudo quatuor animaliũ et hic
aspectus eorũ. Similitudo hominis
in eis. Et quatuor facies uni: ⁊ quatu-
or pinne uni. Et pedes eorũ pedes redi:
et planta pedis eorũ quasi planta pe-
dis vitulꝰ: ⁊ scintillabãt quasi aspectꝰ eris
candentis. Et manꝰ hominis sub pennis
eorũ in quatuor partibꝫ: ⁊ facies ⁊
pennas ꝑ quatuor partes habebãt:
iunctęq; erant penne eorũ alterꝰ ad al-
terũ. Non reuertebãtur cum incederẽt:
sed unũqq; ante faciẽ suã gradiebatur.
Similitudo aũt vultus eorũ: facies
hominis ⁊ facies leonis a dextris ipsor
quatuor: facies aũt bouis a sinistris
ipsorũ quatuor: ⁊ facies aquile desu-
per ipsor quatuor: et facies eorũ ⁊ pen-
ne eorũ extente desup. Due penę singu-
lorũ iungebanẽ et due tegebãt corpo-
ra eorũ. Et unũqq; eorũ coram facie sua
ambulabat. Vbi erat impetꝰ spiritꝰ
illuc gradiebãtur: nec reuertebantur
cum ambularent. Et similitudo ani-
maliũ aspectus eorũ quasi carbonũ i-
gnis ardentiũ: et quasi aspectus lam-
padum. Ipse erat visio discurrens i me-
dio animaliũ: splendor ignis et de i-
gne fulgur egrediens. Et animalia i-
bant et reuertebanẽ: in similitudinem
fulguris choruscãtis. Cumq; aspicerẽt
animalia: apparuit rota una sup ter-
ram iuxta animalia habens quatu-
or facies. Et aspectꝰ rotarꝫ ⁊ opus earꝫ
ipsi visto maris: ⁊ una similitudo ipsar
quatuor: ⁊ aspectꝰ earꝫ ⁊ opera quasi
sit rota in medio rote. Per quatuor
partes earꝫ eunteꝫ ibant: ⁊ non reuer-
tebantur cũ ambularent. Statura ẖ
erat rotis ⁊ altitudo ⁊ horribilis aspe-
ctus: ⁊ totum corpus oculis plenum
in circuitu ipsarꝫ quatuor. Cumq; am-
bularent animalia: ambulabãt pariter
et rote iuxta ea: et cũ eleuarentur anima-
lia de terra: eleuabantur simul et rote.
Quocũq; ibat spiritus: illuc eunte spi-
ritu: et rote pariter eleuabãtur sequẽtes
eum. Spiritus enim vite erat in rotis.
Cũ eunths ibant: ⁊ cũ stantibs stabãt:
et cũ eleuatis a terra: pariter eleuabãtur
et rote sequentes ea: quia spiritus vite
erat in rotis. Et similitudo sup caput
animaliũ firmamenti quasi aspectus
cristalli horribilis: et extente sup capita
eorũ desup. Sub firmamento aũt pen-
ne eorũ: recte alterꝰ ad alterũ. Vnũqq;
duabs alis velabat corpus suũ: et al-
terũ similiter velabatur. Et audiebã
sonũ alarꝫ quasi sonũ aquarũ multa-
rum: quasi sonũ sublimis de. Cũ am-
bularent quasi sonus erat multaudi-
nis: ut sonus castroꝝ. Cumq; starent
diminebãt penne eorũ. Sũ cũ fieret
vox supr firmamentũ qd erat sup ca-
put eorũ: stabãt ⁊ submittebãt alas su-
as. Et sup firmamentũ qd erat imminẽs
rapiti eorũ quasi aspectꝰ lapidis
saphir. Similitudo throni: ⁊ sup simi-
litudinẽ throni similitudo quasi asp-
ectus hominis desup. Et vidi ẖ spec-
tu electri: velut aspectũ ignꝰ intrinsecꝰ
per circuitũ a lumbis eius ⁊ desup: et
a lumbis eius usq; deorsum vidi ẖ
speciem ignis splendentis in circuitu:
velut aspectũ arcus cum fuerit in nube
i die pluuie. Hic erat aspectꝰ splendorꝰ
gyrũ: ite visio similitudinis glꝰ dñi. ¶

Et vidi et cecidi in faciẽ meã: et au-
diui vocem loquentis. Et dixit
ad me. Fili hominis sta sup pedes tu-
os: ⁊ loquar tecum. Et ingressus ẽ in
me spiritus postq; locutus est mihi:
et stauit me supra pedes meos. Et au-
diui loquentẽ ad me et dicentem. Fili
hominis. mitto ego te ad filios isꝛ-

ad gentes apostaticas que recesserũt
a me. Patres eorũ prauicauerũt padũ
meũ usq; ad diem hanc: ⁊ filij dura fa-
cie ⁊ indomabili corde sunt ad quos
ego mitto te. Et dices ad eos. Hec di-
cit dñs deus: si forte audi ipi audiãt: et
si forte quiescant: quoniã domus ꝛeba-
sprcans est: et scient quia ꝓpheta fue-
rit in medio eorũ. Tu ergo fili hominis
ne timeas eos neq; sermones eorũ me-
tuas: quoniã incredulꝰ ⁊ subuersores
sunt tecum: et cum scorpionibs habi-
tas. Verba eorũ ne timeas: ⁊ vultꝰ eorũ
ne formides: quia domus ꝛebaprcans
est. Loquens ergo verba mea ad eos
si forte audiant ⁊ quiescãt: quoniã ir-
ritatores sũt. Tu aũt fili hominis audi
quecunq; loquor ad te: ⁊ noli esse ꝛeba-
sprcans sicut domꝰ ꝛebaprcans ẽ. Aperi
os tuũ: ⁊ cõede quecunq; ego do tibi. Et
vidi: ⁊ ecce manꝰ missa ad me: i q̃ erat
inuolutꝰ liber: ⁊ expãdit illũ coram me ẖ
erat scriptꝰ ins ⁊ foris: ⁊ scripte erãt in
eo lamentationes et carmẽ et ve. ¶

Et dixit ad me. Fili hominis: qd
cunq; inueneris cõede. Comede
volumen istud: ⁊ vadens loquere ad
filios israhel. Et aperui os meũ: ⁊ cibe-
uit me volumine illo. Et dixit ad me.
Fili hominis: venter tuus comedet: ⁊
viscera tua cõplebitur volumine isto
quod ego do tibi. Et comedi illud: et
factũ est in ore meo sicut mel dulce. Et
dixit ad me. Fili hominis vade ad
domũ israel: ⁊ loqueris verba mea ad e-
os. Sũ enim ad plus populũ ebronis ⁊
ignote ligue tu mineris ad domũ isꝛ-
neq; ad populos multos populũ ebronis
⁊ ignote ligue: quoꝝ nõ possis audire
sermones. Et si ad illos mineris ipi
audirent te. Domus aũt israhel no-
lunt audire te: quia nolũt audire me.
Omnis quippe domꝰ israhel aurita
fronte est: ⁊ duro corde. Ecce dedi faciẽ
tuã valentiorem faciebs eorũ: ⁊ frontẽ
tuã duriorem frontibs eorũ: ut adamã
⁊ ut silicem dedi faciẽ tuã. Ne time-
as eos neq; metuas a facie eorũ: quia
domus ꝛebaprcans est. Et dixit ad me.
Fili hominis: omnes sermones meos
quos ego loquor ad te assume in cor
de tuo: ⁊ auribs tuis audi: ⁊ vade in-
gredere ad transmigrationẽ ad filios
ꝓpli mei: ⁊ loqueris ad eos: ⁊ dices eis.
Hec dicit dñs deus: si forte audiant ⁊
quiescant. Et assumpsit me spiritus:
et audiui post me vocem cõmotionis
magne: benedicta gloria dñi de loco
suo: ⁊ vocem alarũ animaliũ percuti-
entiũ alterũ ad alteram: et vocem ro-
tarꝫ sequentiũ animalia: ⁊ vocem com-
motionis magne. Spiritꝰ quoq; leua-
uit me ⁊ assumpsit me: ⁊ abij amarꝰ
in indignatione spiritꝰ mei. Manus
enim dñi erat mecũ confortãs me. Et
veni ad trãsmigrationẽ ad accetũ no-
uarũ frugũ. ad eos qui habitabãt iu-
xta flumen chebar: ⁊ sedi ubi illi sede-
bant: ⁊ mansi ibi septem diebs mœrẽs
in medio eorũ. Cum aũt peransissent
septem dies: factũ est verbũ dñi ad me
dicens. Fili hominis speculatorẽ dedi
te domui israhel: ⁊ audies de ore meo
verbũ: ⁊ annũciabis eis ex me. Si dix-
ero me ad impiũ morte morieris: nõ
annũciaueris ei. neq; locutꝰ fueris ut
auertat a via sua impia ⁊ viuat: ipe
impius in iniquitate sua morietur: san-
guinẽ aũt eius de manu tua requirã.
Si aũt tu annũciaueris impio et ille
non fuerit conuersus ab impietate sua
et a via sua impia: ipe quidẽ in impie-
tate sua morietur: tu aũt animã tuã
liberasti. Sed et si conuersus iustus a

iustitia sua fuerit: et fecerit iniquitatē:
ponā offendiculū coram eo. Ipse mo-
ritur: quia non annūciasti ei. In pe-
cato suo morietur: ⁊ nō erit in memo-
ria iustitie eius quas fecit: sanguinē
vero eius de manu tua requirā. Si aūt
tu annūnaueris iusto ut nō peccet iu-
stus: ⁊ ille nō peccauerit: uuēs viuet
quia annūciasti ei: ⁊ tu animā tuā li-
beraſti. Et facta est sup me manus dōi:
et dixit ad me. Surgēs egredere ī cam-
pū: et ibi loquar tecū. Et surgēs egrel-
sus sū in cāpū: ⁊ ecce ibi gloria dōi sta-
bat ūsi gloria quā vidi iuxta fluuiū
chobar: et cecidi ī faciē meā. Et ingrel-
sus ē in me spiritus: ⁊ statuit me sup pe-
des meos: ⁊ locutus ē mihi: ⁊ dixit ad
me. Ingredere: ⁊ includere ī medio do-
mus tue. Et tu fili hominis: ecce data
sūt sup te vincula et ligabūt te in eis: et
nō egredieris in medio eorū: ⁊ linguā
tuā adhercre faciā palato tuo et eris
mutus: nec ūsi vir oburgās: qā domus
exasperās ē. Cū aūt loqui fuero: ubi a-
pria os tuū: ⁊ dices ad eos. Hec dicit
dōs dus. Qui audit audiat: ⁊ q̄ deſcit
quiescat: qā domus exasperās est. iiij

Et tu fili hominis: sume tibi late-
rem ⁊ pones eum coram te: ⁊ dilci-
bes in eo ciuitatem iherusalē. Et ordi-
nabis aduersus eam obsidionē: ⁊ edi-
ficabis munitiones ⁊ cōportabis ag-
gerem: ⁊ dabis cōtra eam castra: ⁊ po-
nes arietes ī gyro. Et tu sume tibi sar-
taginē ferreā: ⁊ pones eam in murū fer-
reū inter te et inter ciuitatem: et obfir-
mabis faciē tuā ad eam et erit in obsi-
dionē: ⁊ circūdabis eam. Signū est
domui israhel. Et tu dormies sup la-
tus tuū sinistrū: ⁊ pones iniquitates
domus israhel sup eo numero dierū
quibus dormies sup illud: et assumes
iniquitates eorū. Ego autem dedi tibi
annos iniquitatis eorū numero dierū
trecentos ⁊ nonaginta dies: et porta-
bis iniquitatē domus israhel. Et cum
cōpleueris hec: dormies sup latus uū
dexteru secundo: ⁊ assumes iniquitatē
domus iuda quadragita dies. Die
pro anno: diem inquā p anno dedi
tibi. Et ad obsidionē iherusalē aduersus
facies tuā: ⁊ brachiū tuū erit extentū: et
prophetabis aduersus eam. Ecce ci-
cūdedi te uinculis: ⁊ non te cōuertes a
latere tuo in latus aliud: donec cōple-
as dies obsidionis tue. Et tu sume ti-
bi frumentū ⁊ ordeū ⁊ fabam ⁊ lenticē et
milū et vicia: et mittes ea ī vas unū:
et faces ubi panes numero dierū qui-
bus dormies sup latus tuū. Trecentis
et nonaginta diebus comedes illud. Ci-
bus aūt tuus quo vescris: ut in pon-
dere uiginti siclorum in die. A tempore
usq; ad tempus comedes illud. Et aquā
in mensura bibes sextam partem hin.
A tempore usq; ad tempus bibes illud.
Et quasi succinericiū ordeaceū come-
des illud: et stercore hō egredie de ho-
mine operies illud in oculis eorū. Hec
dixit dōs. Sic comedēt filij israel panē
suū polluū inter gēes: ad quas eiciā
eos. Et dixi. Eh ah ah dōe deus. Ecce
anima mea nō est polluta: ⁊ mori-
tuū ⁊ laceratū a bestiis nō comedi ab
infantia mea usq; nūc: ⁊ nō est ingrel-
sa os meū omnis caro immūda. Et
dixit ad me. Ecce dedi tibi stercū boum
pro stercoribus humanis: et faces pa-
nem tuū ī eo. Et dixit ad me. Fili hpis:
ecce cōtrā baculū panis ī israhel et cō-
dent panē suū in pōdere ⁊ in sollicitu-
dine: ⁊ aquā in mensura et ī agustia
bibent: ut deficientibus panē et aqua
corruat unusquisq; ad fratrem suū: et

conteabescat ī iniquitatibus suis. v

Et tu fili hominis sume tibi gla-
diū acutū radentem pilos: ⁊ al-
sumes eum et duces per caput tuū et
per barbā tuā: ⁊ assumes tibi stateram
ponderis ⁊ diuides eos. Tertiā partē
igni combures in medio ciuitatis iu-
xta cōpletionē dierū obsidionis: ⁊ assu-
mes tertiā partem ⁊ concides gladio
in circuitu tuo: tertiā vero aliā dispe-
ges in ventū: ⁊ gladiū nudabis post
eos. Et sumes inde paruū numerū et
ligabis eos in summitate pallij tui: ⁊ et
eris rutū rolles ⁊ pices eos in medio
ignis ⁊ combures eos igni: et ex eis e-
gredietur ignis in omnē domū isrl.
Hec dixit dōs deus. Ista est iherusalē.
In medio gentiū posui eā: et in circui-
tu eius terras. Et contemplit iudicia
mea ut plus esset impia ēq gentes: et
ceptā mea ultra ēq terre que in circui-
tu eius sunt. Iudicia enī mea pieceūt:
et in ceptis meis nō ambulauerunt.
Idcirco hec dixit dōs deus. Quia su-
perastis gentes que in circuitu vestro
sunt et in ceptis meis nō ambulastis
et iudicia mea non fecistis: ⁊ iuxta iu-
dicia gentiū que in circuitu vestro sūt
nō estis operati: ideo hec dixit dōs dus.
Ecce ego ad te: ⁊ ūte ego faciā ī medio
tui iudicia in oculis gentiū: ⁊ faciā in
te qd nō feci: ⁊ quibz similia ultra non
faciā: quer omnes abominationes tu-
as. Idco comedēt patres filios in me-
dio tui: et filij comedent patres suos.
Et faciā in te iudicia: ⁊ ventilabo uni-
uersas reliquias tuas in omnē ventū.
Idcirco viuo ego dicit dōs dus nisi q
eo qd sanctū meū violasti in cunctis
offensionibus tuis et in cunctis abomi
nationibus tuis: ego quoq; cōtingā:
et nō parcet oculus meus ⁊ nō miserebor.
Tertia pars tui peste morietur ⁊ fame
consumetur ī medio tui: ⁊ tertia pars
tui in gladio cadet in circuitu tuo. Ter-
tiā vero partē tuā ī omnē ventū dispgā:
et gladiū euaginabo post eos. Et cō-
plebo furorē meū: et requiescere faciā
indignationē meā in eis: et cōsolabor.
Et scient quia ego dōs locutus sum
in zelo meo: cū impleuero omnē indi-
gnationē meā in eis. Et dabo te in de-
sertū et in opprobriū gentibus que ī cir-
cuitu tuo sunt: in cōspectu omnis pre-
tereūtis. Et eris opprobriū et blasphe-
mia et exemplū et stupor in gentibus que
in circuitu tuo sunt: cū fecero in te iudi-
cia in furore ⁊ in indignatione ⁊ in in-
crepationibus ira que ego dōs locutus
sum: quando misero sagittas famis
pessimas que erūt mortifere: et quas
mittā ut disgdam vos. Et famē con-
gregabo sup vos: ⁊ conteā in vobis
baculum panis: et immittā ī vos fa-
mem et bestias pessimas usq; ad inte-
ruecionem. Et pestilentia et sanguis
trāsibit p te: ⁊ gladiū inducam super
te. Ego dominus locutus sum. vj

Et factus est sermo dōi ad me di-
cens. Fili hominis pone faciē
tuā ad montes israhel: et vaticinabis ad
eos ⁊ dices. Montes israhel audite ver-
bum dōi dei. Hec dicit dōs dus montī-
bus ⁊ collibus rupibus ⁊ vallibus. Ecce
ego inducā sup vos gladiū et disp-
dam excelsa vestra: ⁊ demolitur aras
vestras ⁊ cōtingēt simulacra vra: ⁊
dicā interfectos vestros ante idola
vestra. Et dabo cadauera filiorū israhel
ante faciē simulacrorū vestrorū: et disp-
gam ossa vestra circū aras vestras in
omnibus habitaciōnibus vestris. Vr-
bes deserte erūt: et excelsa demolientur
et dispabūtur: et interibūt are vestre et

conflingent: ⁊ collabūt ydola vestra
et cōtrent delubra vra: ⁊ delebunt opera
vra: ⁊ cadet interfect⁹ i medio vr̄i: ⁊ scie-
tis q̄a ego sum dn̄s. Et relinquā i vo-
bis eos q̄ fugerit gladiū in gentib⁹ cū
dispersi eos in terris: ⁊ recordabūtur
mei liberati vestri in gentib⁹ ad quas
rapiuī ducti sunt: q̄a cōtriui cor eor⁹
fornicans ⁊ recedens a me: et oculos
eor⁹ fornicātes post ydola sua: ⁊ displi-
cebūt libimet sup malis que fecerant
in universis abominaciōnib⁹ illis: et
scient quia ego dn̄s: non frustra locu-
tus sum ut faceram eis malū hoc. Hec
dicit dn̄s deus. Percute manū tuā et
allide pedē tuū: ⁊ dic hu ad oēs ab-
ominaciōnes malos: domus israhel:
quia gladio fame ⁊ peste ruituri sunt.
Qui longe est peste morietur: qui aūt
prope: gladio corrueet: ⁊ qui relict⁹ fue-
rit ⁊ obsessus fame morietur. Et com-
pleho indignaciōnē meā in eis: ⁊ scie-
tis quia ego dn̄s cum fuerint interfecti
vestri in medio ydolorū vestroꝝ in cir-
cuitu aras vestras in omni colle excel-
so: ⁊ in cacūis summitatibus montiū: et
subtus omne lignū nemorosū et sub-
tus universam quercū frondosam ubi
accendebāt thura redolentia omnibus
ydolis suis. Et tendā manū mēā sup
eos: ⁊ faciā terrā eor⁹ desolatā ⁊ deserta-
tam a deserto deblatha i omnib⁹ habita-
cōnib⁹ eor⁹: ⁊ scīet q̄a ego dn̄s. VII

Et factus est sermo dn̄i ad me di-
cens. Et tu fili hominis: hec di-
cit dn̄s deus terre israhel. Finis venit:
venit finis sup quatuor plagas terre.
Nūc finis sup te: ⁊ immittā furorem
meū in te. Et iudicabo te iuxta vias tu-
as: ⁊ ponā cōtra te omnes abomina-
ciones tuas. Et non parcet oculus me⁹
sup te ⁊ non misereb⁹: sed vias tuas
ponā sup te et abominaciones tue in
medio tui erūt: ⁊ scietis q̄a ego dn̄s. Hec
dicit dn̄s d⁹. Afflictio una: afflictio
ecce venit. Finis venit: venit finis. Vi-
gilauit adūtū tū: ecce venit. Venit cōtri-
no sup te q̄ habitas i terra. Venit tēp⁹:
prope est dies conflictionis: ⁊ nō gloriē
mōtū. Nūc de p̄ximo effundā ira
mea sup te: et complebo furore meū i te.
Et iudicabo te secūm vias tuas: ⁊ im-
ponā tibi omnia scelera tua. Et nō pare-
et oculus me⁹ nec misereb⁹: sed vias
tuas imponā tibi: ⁊ abominaciones
tue i medio tui erūt: ⁊ scietis quia ego
sum dn̄s percutiēs. Ecce dies: ecce venit.
Egressa est cōtritio: floruit virga: ger-
minauit superbia: iniquitas surrexit in
virga impietatis. Nō ex eis et non ex
ipsis: neq; ex luctu eor⁹: ⁊ non erit re-
quies in eis. Venit tempus: appropi-
quauit dies. Qui emit nō letetur: et q̄
vendit nō lugeat: quia ira sup omnē
plm eis⁹: quia qui vendit ad id q̄ vē-
didit nō reuertetur: ⁊ adhuc in viuen-
tib⁹ vita eor⁹. Visio enī ad omnē multi-
tudinē eis⁹ nō regredietur: ⁊ vir i iniqui-
tate vite sue nō cōfortabitur. Canite tu-
ba: parentur oēs: ⁊ nō q̄ vadat
ad pliū. Ira enim mea sup omnē multi-
tudinē eis⁹. Gladius foris: pestis ⁊ fa-
mes intrinsec⁹. Qui in agro è gladio
morietur: ⁊ qui in ciuitate pestilencia
et fame deuorabūtur: ⁊ saluabūtur q̄
fugerint ex eis. Et erūt in mōtibus sicī
columbe cōuallium: omnes ingemi-
ent: unusquisq; in iniquitate sua. Omēs
manus dissolvetur: ⁊ omnia genua
fluent aquis. Et accingent se cilicijs: ⁊
operient eos formido: ⁊ in omni facie
confusio: ⁊ in universis capitibus eorū
caluicū. Argentū eor⁹ foris pijcetur:
et aurū eor⁹ i stercoliniū erit. Argentū

eor⁹ et aurū eor⁹ nō valebit liberare eos:
in die furoris dn̄i. Animā suā nō sa-
turabūt ⁊ ventres eor⁹ nō implebunt:
quia scādalū iniquitatis eor⁹ factū è:
et ornamentū monilij sui⁹ in super-
biā posuerūt: ⁊ imagines abomina-
cionū suaꝝ et simulacroꝝ fecerūt ex eo.
Propter hoc dedi eis illud in immū-
dicā: ⁊ dabo illud in man⁹ alienorū
ad diripiendū ⁊ impijs terre in p̄dam:
et contaminabūt illud. Et auertā fa-
ciem mēā ab eis: ⁊ violabūt archanū
mēū: et introibūt in illud emillarij: et
contaminabūt illud. Fac cōclusionē:
quoniā terra plena est iudicio sangui-
nis: ⁊ ciuitas plena iniquitate. Et ad-
ducā pessimos de gentib⁹: et possidē-
bunt domos eorū. Et quiescere faciā
superbiā potentiū: ⁊ possidebūt sanctu-
aria eor⁹. Angustia superueniente requi-
rent pacem: ⁊ non erit. Cōturbatio su-
per cōturbationē veniet: ⁊ audit⁹ sup
auditū. Et querent visionē de ꝓpheta:
et lex peribit a sacerdote: et consilij a
senioribⁿ. Rex lugebit: ⁊ principes in
dicentur merore: ⁊ man⁹ pp̄li terre con-
turbabūtur. Secūm viā eor⁹ faciā eis:
et secundū iudicia eor⁹ iudicabo eos:
et sciēt quia ego dn̄s. VIII

Et factū est in anno sexto: in sexto
mense in quinta mensis: ego se-
debā in domo mea: ⁊ senes iuda sede-
bant corā me. Et cecidit ibi super me
man⁹ dn̄i dei. Et vidi: et ecce similitu-
do quasi aspectus ignis. Ab aspectu
lumbor⁹ eis⁹ ⁊ deorsum ignis: ⁊ a lum-
bis eis⁹ ⁊ sursum: sicī aspectus splendo-
ris: ⁊ velut electri. Et emisit similitudo
man⁹ apphendit me in crinibus capi-
tis mei: ⁊ eleuauit me spiritus inter ce-
lum ⁊ terrā: ⁊ adduxit me in ihrlim in
visione dei iuxta ostiū interius: quod
respicietat ad aquilonē: ubi erat statu-
tum ydolū zeli ad p̄uocandā emulā-
cionē. Et ecce ibi gloria dei israhel secūdū
visionē quā viderā in cāpo: ⁊ dixit ad
me. Fili hominis: leua oculos tuos
ad viā aquilonis. Et leuaui oculos
meos ad viam aquilonis: ⁊ ecce ab a-
quilone porte altaris: ydolū zeli i ipso
introitu. Et dixit ad me. Fili hominis⁹:
putas ne vides tu quid isti faciūt: ab-
ominaciones magnas quas domus
israhel facit hic: ut procul recedā a san-
ctuario meo? Et adhuc cōuersus vide-
bis abominaciones maiores. Et in-
troduxit me ad ostiū atrij. Et vidi: et
ecce foramē unū i parete. Et dixit ad
me. Fili hominis: fode parietē. Et cū
fodissem parietē: apparuit ostiū unū.
Et dixit ad me. Ingredere: ⁊ vide abo-
minaciones pessimas quas isti faciūt
hic. Et ingressus vidi: ⁊ ecce omnis si-
militudo reptilium et animaliū abo-
minacio: ⁊ universa ydola dom⁹ israhel depicta erant in pariete in circuitu
p totum. Et septuaginta viri de senio-
ribus domus israhel: et ochonias fi-
lius saphan stabat in medio eor⁹ stan-
tiū ante picturas: ⁊ unusquisq; habe-
bat thuribulū in manu sua: ⁊ vapor
nebule de thure consurgebat. Et dixit
ad me. Ecce vides fili hoīs que senio-
res dom⁹ israhel faciūt in tenebris:
unusquisq; in abscondito cubilis sui.
Dicūt enim. Nō videt dn̄s nos. Dere-
liquit dn̄s terrā. Et dixit ad me. Ad-
huc cōuersus videbis abominaciones
maiores quas isti faciūt. Et introdu-
xit me per ostiū porte domus dn̄i q̄ ad
respicietat ad aquilonē. Et ecce ibi mu-
lieres sedebāt plāgentes adonidē. Et
dixit ad me. Ecce vidisti fili hoīs. Ad-
huc cōuersus videbis abominaciones

maiores hijs. Et introduxit me in atriũ domus domini introrsus. Et ecce
in ostio templi dñi inter vestibulũ et
altare quasi viginticinq; viri dorsa
habentes cõtra templũ dñi et facies ad
orientẽ: ⁊ adorabãt ad ortũ solis. Et
dixit ad me. Ecce vidisti fili hominis.
Nũquid leue est hoc domui iuda: ut
facerent abominationes istas quas
fecerũt hic: Quia repletes terrã iniquitate cõuersi sunt ad irritandũ me. Et
ecce applicant ramum ad nares suas.
Ergo et ego faciam in furore: non
parcet oculus meus: nec misereor: ⁊
cũ clamauerint ad aures meas voce
magna non exaudiam eos. vi

Et clamauit in auribus meis voce
magna dicens. Appropinquauerũt visitationes urbis: ⁊ vnusquisq;
vas interfectionis habet in manu sua.
Et ecce sex viri venebãt de via porte superioris que respicit ad aquilonẽ: et
vnusquisq; vas interitũ ĩ manu eius.
Vir quoq; vnus in medio eorũ vestitus
lineis: ⁊ atramentarium scriptoris
ad renes eius. Et ingressi sunt: ⁊ steterũt
iuxta altare eneum. Et gloria dñi israel
assumpta est de cherub: que erat super
eũ ad limen domus. Et vocauit virũ q̃
indut erat lineis: ⁊ atramentarium scriptoris habebat ĩ lũbis suis. Et dixit
dñs ad eũ. Transi p̃ medias ciuitatem
in medio ierusalem: ⁊ signa thau super
frontes virorũ gementium ⁊ dolentium super cunctis abominationibus que fiũt
in medio eius. Et illis dixit audiente me.
Transite p̃ ciuitatem sequẽtes eũ: ⁊ percutite. Nõ parcat oculus vester: neq; misereamini. Senem adolescentulũ ⁊ virginem parvulũ ⁊ mulieres interficite:
vsq; ad internecionẽ. Omnem aũt super
quẽ videritis thau ne occidatis: et a
sanctuario meo incipite. Cœperũt ergo
a viris senioribus: qui erãt ante faciem
domus. Et dixit ad eos. Contaminate
domũ: ⁊ implete atria interfectis. Egredimini. Et egressi sunt: et percutiebant
eos qui erant in ciuitate. Et cũ essent
plenta cecidi ego: remansi: sup faciem meã:
et clamãs aio heu heu heu dñe deus.
Ergo ne disperdes omnes reliquias israel
effundens furorem tuũ sup hierusalem?
Et dixit ad me. Iniquitas domus israhel et iuda magna est nimis valde:
et repleta est terra sanguinibus: et ciuitas replta est auersione. Dicunt
enim. Dereliquit dñs terrã: ⁊ dñs nõ
videt. Igitur ⁊ meus nõ parcet oculo:
neq; misereor. Viam eorũ sup caput
eorũ reddam. Et ecce vir qui erat indutus lineis q̃ habebat atramentarium in dorso suo: respondit verbũ dicens. Feci sicut preceptisti mihi. vi

Et vidi: et ecce in firmamẽto q̃ erat sup caput cherubim ĩsti lapis
saphirus: et quasi species similitudinis solij apparuit sup eũ. Et dixit ad
virũ qui indutus erat lineis: ⁊ ait. Ingredere in medio rotarũ qui sunt subtus
cherubim et imple manũ tuã prunis
ignis que sunt inter cherubim: ⁊ effunde sup ciuitatem. Ingressusq; est coram
spectu meo. Cherubim aũt stabant a
dextris domus cũ ingrederẽtur vir: ⁊ nubes impleuit atriũ interiꝰ. Et eleuata
est gloria dñi deliq; cherub ad limen
domus: ⁊ repleta est domus nube. Et
atriũ repletũ est splendore gloriẽ dñi:
et sonitꝰ alarũ cherubim audiebãt vsq;
ad atriũ exterꝰ: quasi vox loquentis
dei omnipotentis. Cumq; preceptisset viro
q̃ indutꝰ erat lineis dicens sume ignẽ de
medio rotarũ q̃ stãt iuxta cherubim: ingressus ille stetit iuxta rotam. Et extendit

cherub manũ de medio cherubim ad
ignẽ qui erat inter cherubim: et sumpsit et dedit in manꝰ eius qui indutus
erat lineis: qui accipiẽs egressus ẽ. Et
apparuit in cherubim similitudo manus hominis subꝰ pennas eorũ. Et
vidi: ⁊ ecce quatuor rote iuxta cherubim.
Rota vna iuxta cherub vnũ: ⁊ rota alia iuxta cherub vnũ. Species aũt rotarũ erat quasi visio lapidis crisolin:
et aspectus earũ similitudo vna quatuor: q̃sti si sit rota in medio rote. Cumq;
ambularent in quatuor partes gradiebãtur: ⁊ nõ reuertebãtur ambulãtes: sed ad locũ ad quẽ ire decinabat
que prima erat: sequebanꝰ ⁊ rotæ: nec
reuertebãtur. Et omne corpus earũ et
colla ⁊ manus ⁊ pennæ ⁊ circuli plena
erãt oculis in circuitu quatuor rotarũ:
et rotas istas vocauit volubiles audiente me. Quatuor aũt facies habebat vnũ. Facies vna facies cherub: et
facies secũda facies hominis: ⁊ in tertio facies leonis: ⁊ in quarto facies aquile. Et eleuata sunt cherubim: ipsi ẽ
animal q̃ viderã iuxta fluviẽ chobar.
Cumq; ambularent cherubim ibãt pariter ⁊ rote iuxta ea: et cũ eleuarent cherubim alas suas ut egalterent de terra
non recedebãt rote: sed ⁊ ipse iuxta
erãt. Stantibꝰ illis stabãt: ⁊ cũ eleuatis eleuabãtur. Spiritus enim vite erat
in eis. Et egressa est gloria domini a
limine templi: et stetit sup cherubim.
Et eleuantia cherubim alas suas exaltata sũt a terra coram me: ⁊ illis egredientibus rote quoq; subsitere sunt.
Et stetit in introitu porte domus dñi
orientalis: ⁊ gloria dei israhel erat sup
eos. Ipsi ẽ animal q̃ vidi subtus deũ
israhel iuxta fluviũ chobar. Et intellexi quia cherubim essent. Quatuor per
quatuor vultus vni: et quatuor alevni: ⁊ similitudo manꝰ hominis sub
alis eorũ. Et similitudo vultuũ eorũ:
ipsi vultꝰ quos videram iuxta fluviũ
chobar: et introitus eorũ et imperꝰ singulorũ aute faciem suã ingredi. vii

Et eleuauit me spiritꝰ: ⁊ introduxit me ad porta domus dñi
orientalẽ que respicit ad solis ortũ. Et
ecce ĩ introitu porte viginticinq; viri:
et vidi ĩ medio eorũ ychoniã filiũ azur
et phelatiã filiũ banaie principes plebis. Dixitq; ad me. Fili hominis: hi sunt cogitãt
iniquitatẽ: et tractãt consiliũ pessimũ
in urbe ista dicentes. Nõne iuxta edificare sunt domus? Hec est lebes: nos
aũt carnes. Idcirco vaticinare de eis:
vaticinare fili hominis. Et cecidit in
me spiritꝰ dñi: ⁊ dixit ad me. Loquere.
Hec dicit dñs. Sic locuti estis domꝰ
israhel: ⁊ cogitationes cordis vestri ego
noui. Plurimos occidistis in urbe hac: ⁊ implestis vias eius interfectis.
Propterea hec dicit dñs. Interfecti vri
quos posuistis in medio eius hi sunt
carnes: ⁊ hec est lebes: et educã vos de
medio eius. Gladiũ timuistis: ⁊ gladium inducam sup vos dicit dñs deus.
Et eiciã vos de medio eius. Dabo;q;
vos in manũ hostiũ: ⁊ faciã in vobis
iudicia. Gladio cadetis. In finibus
israel iudicabo vos: ⁊ scietis q̃a ego dñs.
Hec nõ erit vobis in lebetem: et vos
nõ eritis in medio eius carnes. In finibus israhel iudicabo vos: ⁊ scietis q̃a
ego dñs. Quia in preceptis meis non
ambulastis: ⁊ iudicia mea nõ fecistis:
sed iuxta iudicia gentiũ que in circuitu
vestro sunt estis operati. Et factꝰ est cũ
propheta: phelias filꝰ banaie mortuus ẽ. Et cecidi in faciẽ meã: clamãs
voce magna. Et dixi. heu heu heu dñe

de⁹: cōsummatōnē tu facis reliquiaꝫ
israhel ⁊ Et factū est uerbū dñi ad me
dicēs. Fili hoīs: fratres tui-fratres tui
uiri ꝓpiqui tui-⁊ oēs dom⁹ israel-uniū-
si quibus dixerūt habitatores ierusalē:
longe recedite a dño: nobis data est
terra in possessionē: ꝓterea hr dicit
dñs deus. Quia longe feci eos in gen-
tibus: et quia dispsi eos in terris: ero e-
is in sanctificationē modicā in terris
ad quas ueneruṇt. Propterea loquere.
Hec dicit dñs de⁹. Cōgregabo uos de
ꝑplis: ⁊ adunabo de terris in quibus
dispsi estis: dabo⁊ uobis hereditatem
israel. Et ingredient illuc: et auferent omnes
offensiones eius ⁊ cūctas abominationes
eius de illa. Et dabo eis cor unū: ⁊ spi-
ritū nouū tribuā in uisceribus eorum. Et
auferā cor lapideū de carne eorum: ⁊ da-
bo eis cor carneū: ut in ꝓceptis meis
ambulent: et iudicia mea custodiant: fa-
ciantq; ea: ⁊ sint mihi in ꝑplm: ⁊ ego sim
